UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1748. usque ad Annum 1752 - Cum Supplemento ad Ann. 1742. 1745. 1746. & 1748

**Luxemburgi, 1754**

XX. De Præparatione ad Annum Universalis Jubilæi, Epistola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos, atque Episcopos. 26. Junii 1749.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74772

Visual Library

Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, Univerſitatibus, & Piis Locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magiſtris, Superioribus, & tam Sæcularibus, quàm quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regularibus Perſonis, Coroniſque, Granis, Imaginibus, & Numiſmatibus ex metallo, ſeu quacumque alia materia confectis, tam ſingulariter, quàm univerſaliter, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipſis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel Eccleſiaſtica Dignitate fulgentibus, etiam ad inſtar Jubilæi, aut aliàs quomodocumque, & ex quibuſvis cauſis & occaſionibus, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac aliàs quomodolibet conceſſas, & conceſſa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præſentibus pro expreſſis haberi volumus, Apoſtolica auctoritate, de eorumdem Fratrum conſilio & aſſenſu, ac poteſtatis noſtræ plenitudine, ſuſpendimus, & ſuſpenſas, ac ſuſpenſa eſſe declaramus, eaſque, & ea, eodem anno durante, nulli prodeſſe, ac ſuffragari debere; Irritum quoque & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præceptum ne aliæ Indulgentiæ publicentur, ſub pœna excommunicationis.

§. 4. Quocirca per præſentes auctoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus, ne interim, præter ſuperiùs expreſſas, aliæ, quam indicti a Nobis prædicti Jubilæi Indulgentiæ, ſive publicè, ſive privatim, quovis prætextu, ubivis locorum & gentium, ſub excommunicationis eo ipſo incurrendæ, aliiſque arbitrio Ordinariorum infligendis pœnis, publicentur, vel nuncientur, aut in uſum demandentur.

Derogatio Privilegiis, Indultis &c.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Univerſitatum, Collegiorum, & Locorum, aliorumque prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & Perſonis, ac aliis quibuſcumque, per eoſdem Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictam Sedem, ejuſque Legatos, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, & ex quibuſvis cauſis, conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi in illis caveatur expreſsè, quod ſub ſimilibus, vel diſſimilibus ſuſpenſionibus nequaquam comprehendantur, niſi de illis ſpecialis, & individua mentio fiat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides habenda Tranſumptis.

§. 6. Et quia difficile nimis eſſet, præſentes quòcumque, ubi illis opus fuerit, perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu, & ſigillo Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eamdem prorſus fidem in judicio, & extra, ubique Locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſpenſionis, declarationis, decreti, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 17. Maji 1749.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, ſextodecimo Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

*D. Card. Paſſioneus.*

J. Datarius.

Visa de Curia.

J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

*Regiſtrata in Secretaria Brevium.*

*Publicata die 24. Maji ejuſdem anni.*

---

XX.

De Præparatione ad Annum Univerſalis Jubilæi, Epiſtola Encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiſcopos, atque Epiſcopos.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater.*

Fideles ad ſacram peregrinationem invitati fuerunt per litteras Apoſtolicas.

Apoſtolica Conſtitutio a Nobis nuper promulgata, in qua Sanctioris Anni ſolemnitatem Chriſtifidelibus denunciavimus, eoſdem invitat, ut ſacris Peregrinationibus ſeſe committant, ac opus perficiant, quod in veteri Teſtamento Dei juſſa, in primævis Eccleſiæ ſæculis frequentior ad ſacra Jeroſolymorum loca acceſſus, ac perpetua conſuetudo, quæ vel ipſos Imperatores ac Reges ad hujus noſtræ almæ Urbis ſacra monumenta, & præ cæteris ad beata Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum Sepulcra inviſenda perduxit, ſatis commendant: opus denique, quod ab hæreticis malè habitum, a noſtris Controverſiarum Tractatoribus multâ vi, ſolidiſque rationibus fuit vindicatum.

Lettera Circolare a tutti i Patriarchi, Arciveſcovi, e Veſcovi ſopra la preparazione all' Anno Santo.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater.*

La noſtra Coſtituzione, nella quale abbiamo intimato ai fedeli di Criſto la Solennità dell'Anno Santo, contiene un'invito per un divoto Pellegrinaggio: che è un' opera additata da Dio nel Teſtamento vecchio, praticata e frequentata nei primi ſecoli della Chieſa riſpetto ai Luoghi Santi di Geruſalemme, uſitata in ogni tempo con molta frequenza anche dai Rè e Monarchi in ordine ai Luoghi Santi di queſta noſtra Città di Roma, e particolarmente ai Sepolcri de' Santi Apoſtoli; opera finalmente, che impugnata dagli Eretici, è ſtata con molta ragione ed energia ſoſtenuta e difeſa dai noſtri Controverſiſti, e che ben diretta e governata dai Prelati di Santa Chieſa, può ſervire, e ſerve di edifica-



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Si enim ab iis, qui Eccleſiarum regimini præficiuntur, ejuſmodi Peregrinationes, qua decet methodo ac ordine inſtituantur, pietatis ac religionis ſtimulos conciliant iis omnibus, qui ſobrio pacatoque animo rem ipſam introſpiciunt, ac veros, quibus ea circumſcribitur, limites contemplantur.

zione a tutti quelli, che con animo pacato la conſiderano nel ſuo vero ſtato, e ne' veri limiti, ne' quali deve eſſer riſtretta.

*Hujuſmodi peregrinationum præcepta in Lege veteri.*

§. 2. Juſſis Deus in Lege veteri, ut omnes Iſraëlitarum filii ter quotannis ad Tabernaculum, ſive ad Domini Templum devoti accederent: *Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit: in ſolemnitate Azymorum, in ſolemnitate Hebdomadarum, & in ſolemnitate Tabernaculorum*: ut ex Deuteronomii *cap.* 16. cuique perſpectum eſt. Cui quidem præcepto Elcana, ejuſque uxor Anna ſedulo obtemperarunt 1. *Reg. cap.* 1. Et Redemptor noſter ſummopere diligendus, Beatâ Virgine ejus Matre, ac Sancto Joſepho ejus Nutritio comitantibus, ad Templum ſtatis vicibus ſe contulit; uti legimus *Lucæ cap.* 2. Hinc, ut Templum a Salomone conſtructum vel ipſæ Gentes frequentiores adirent, idem Salomon Deum precatus eſt, ut exterarum Gentium, etſi Iſraëlitis non accenſerentur, quæ poſt longos itinerum tractus Templum inviſerent, precibus benignus annueret: *Inſuper & alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſraël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique)* .... *tu exaudies in Cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena.* Proſtant hæc verba 3. *Reg. cap.* 8.

2. Iddio ordinò, che tutti i figli d'Iſraele tre volte l'anno faceſſero un divoto pellegrinaggio per viſitare il Tabernacolo, o ſia il Tempio del Signore: *Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, in ſolemnitate Azymorum, in ſolemnitate Hebdomadarum, & in ſolemnitate Tabernaculorum*: come ſi legge nel Deuteronomio *al cap.* 16. Elcana, ed Anna ſua moglie adempirono puntualmente il precetto, come ſi vede *nel lib.* 1. *de' Re al cap.* 1. Il noſtro amabiliſſimo Redentore colla ſua SSma Madre, ed il ſuo Padre putativo Giuſeppe, portoſſi al Tempio, come pure ſi legge nel Vangelo di S. Luca *al cap.* 2. Ed acciò il Sacro Tempio edificato da Salomone foſſe da tutte le genti frequentato, non mancò eſſo di pregare Dio ad eſaudire le preghiere anche de' foreſtieri, e che non erano del popolo d'Iſraele, che foſſero venuti pellegrinando a viſitarlo: *Inſuper & alienigena, qui non eſt de populo tuo Iſraël, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, (audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extenſum ubique); tu exaudies de cœlo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena*: come ſi legge *nel lib.* 3. *dei Rè al cap.* 8.

*Chriſtianorum concurſus ad ſacra Paleſtinæ loca.*

§. 3. Splendidum teſtimonium ſuppeditat Euſebius *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* 6. *cap.* 11., ubi Sancti Alexandri Cappadociæ Epiſcopi adventum in Jeroſolymorum Urbem commemorat, ut ſacra illa loca intueretur ac coleret, inquiens: *Divino admonitus oraculo Alexander, cum ex Cappadocia, in qua primùm Epiſcopus fuerat ordinatus, Jeroſolymam profectus fuiſſet, tum orandi, tum locorum viſendorum gratiâ.* Sed longè præſtantiora ſunt, quæ in rem hanc producit S. Hieronymus *in epiſt. modò* 46. *olim* 17. hiſce verbis: *Longum eſt nunc ab Aſcenſu Domini uſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Chriſtiana virorum venerint Jeroſolymam, putantes, minus ſe religionis, minus habere ſcientiæ, nec ſummam, ut dicitur, manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primùm Evangelium de patibulo corruſcaverat.*

3. Celebre è il teſtimonio d'Euſebio *nella Storia Eccleſiaſtica al lib.* 6. *cap.* 11., in cui riferiſce il divoto acceſſo di S. Aleſſandro Veſcovo di Cappadocia a Geruſalemme per vedere ed orare ne' Luoghi Santi: *Divino admonitus oraculo Alexander cum ex Cappadocia, in qua primùm Epiſcopus fuerat ordinatus, Hieroſolymam profectus fuiſſet, tum orandi, tum locorum viſendorum gratia*: e più che celebre è in queſto propoſito il teſtimonio di S. Girolamo *nella ſua lettera* 44. *altre volte* 17.: *Longum eſt nunc ab Aſcenſu Domini uſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Chriſtiana virorum venerint Hieroſolymam, putantes minus ſe habere religionis, minus habere ſcientiæ, nec ſummam, ut dicitur, manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruſcaverat.*

*De Peregrinationibus ad Limina Apoſtolorum, teſtimonia illuſtriora.*

§. 4. Noſtra non intereſt longiorem ſermonem hic attexere de frequentiori Regum, Epiſcoporum, atque Eccleſiæ Prælatorum, necnon Fidelium penè omnium acceſſu, ac aſſiduis ad Limina Apoſtolorum Peregrinationibus; cum provinciam hanc univerſam præoccupaverint celebres aliquot eruditi, nimirum Onuphrius Panvinius in ſuo *de præſtantia Baſilicæ Vaticanæ* Tractatu, quem Nos in minoribus adhuc poſiti, hoc eſt inter Vaticanæ Baſilicæ Canonicos cooptati, atque Archivi ejuſdem Baſilicæ Præfecturam agentes, pluries perlegimus nondum typis impreſſum, & in Tabulario Baſilicæ diligenter ſervatum; Jacobus Gretſerus *tom.* 4. novæ Operum editionis *lib.* 2. *de ſacris Peregrinationibus cap.* 12. *& ſeqq.* Coccius *lib.* 5. *Theſaur. Catholic. cap.* 17. Stanislaus Hoſius *cap. de Ceremoniis, quæ deſumuntur a loco*; Rutilius Benzonius *de Anno Sancti Jubilæi lib.* 6. *cap.* 1. *& ſeq.* Drexellius *tom.* 13. edition. Monachii *par.* 1. *cap.* 7. *pag.* 126. *& ſeqq.*; & nuperus Trombella *de Cultu Sanctor. tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 46. *& ſeq.* Juvabit tamen ex Marculfo Monacho, qui vixit ſæculo Eccleſiæ ſeptimo, formu-

*Formula Literæ commendatitiæ pro peregrinantibus ad ea, apud Marculfum.*

4. Non prenderemo quì l'impegno di riferire il frequente acceſſo dei Rè, de' Veſcovi e Prelati di Chieſa Santa, e di tutti i fedeli, e la continua peregrinazione a viſitare i limini degli Apoſtoli; eſſendo già ſtata evacuata in tutto e per tutto la materia da alcuni celebri eruditi, cioè da Onofrio Panvinio nel ſuo Trattato *de præſtantia Baſilicæ Vaticanæ*, che inſino ad ora ſi conſerva manoſcritto nell'Archivio del Capitolo della detta Baſilica, che Noi più volte abbiamo letto, quando *in minoribus* eravamo Canonico della detta Chieſa, ed Archiviſta del detto Archivio; da Giacomo Gretſero *nel tom.* 4. della nuova edizione delle ſue Opere *al lib.* 2. *de ſacris Peregrinationibus al cap.* 12., *e molti ſeguenti*, dal Coccio *lib.* 5. *Theſauri Catholici al cap.* 17., da Stanislao Hoſio *al cap. de Cæremoniis, quæ deſumuntur a loco*, da Rutilio Benzonio *de Anno Sancti Jubilæi lib.* 6. *cap.* 1., *e ſeg.* dal Drexelio *nel tom.* 13. delle ſue Opere ſtampate in Monaco *par.* 1. *cap.* 7. *pag.* 126. *e ſeguenti*, e dal moderno Trombelli *de Cultu Sanctorum tom.* 1. *par.* 2. *cap.* 46. *e ſeg.* Porteremo bensì la formola di Marculfo

lam, cujus memorati Scriptores nunquam meminere, hic producere, ut palam fiat, quò ritu ac methodo conſcriberentur commendatitiæ literæ, quæ ad Summum Pontificem, ac Epiſcopos dabantur, in gratiam eorum, qui Romam ad Apoſtolorum Limina progrediebantur. Proſtat hæc formula *in lib.* 2. *cap.* 49. eaque ſic habet: *Portitor iſte, radio inflammante divino, non, ut pleriſque mos eſt, vacandi*, ſive ut alii legunt, *vagandi causâ, ſed propter nomen Domini itinera ardua, & laborioſa parvi pendens, ob lucrandam Orationem Limina Sanctorum Apoſtolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, a mea parvitate ſe petiit veſtræ commendari Almitati.* S. Joannes Chryſoſtomus in libro, cui titulus, *Quod Chriſtus ſit Deus, tom.* 1. editionis Pariſienſis anni 1718. *pag.* 570. *num.* 9. ita ad rem noſtram ſcribit: *In Regia Urbe Roma, miſſis aliis omnibus, ad Sepulcra Piſcatoris, & tentoriorum Opificis, accurrunt Imperatores, Conſules, Exercituum Duces.* Carolum Magnum Imperatorem ſeptem ſupra quadraginta annorum ſpatio, religionis ſtimulo ductum Romam quater acceſſiſſe, Eginardus teſtatur, inquiens: *Carolus Magnus intra annos quadraginta ſeptem, quater Romam ad vota perſolvenda, & orandum profectus eſt.* Neque omittendum ſplendidum Nicolai I., qui nono ſæculo floruit, teſtimonium, quo frequentiſſimæ ad hanc Urbem Peregrinationes, ad beatos Apoſtoli Petri Cineres inſtitutæ, commemorantur. *Tanta millia hominum* (verba ſunt Nicolai *in epiſt.* 8. ad Michaëlem Imperatorem) *Protectioni ac interceſſioni Beati Apoſtolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium ſe ſe quotidie conferunt, & uſque in finem vitæ ſuæ apud ejus Limina ſemet manſura proponunt, ut præter illud, quo vas e Cælo ſubmiſſum, in quo cunctorum oſtenſa ſunt eidem Beato Petro horum omnium rectori animantium genera, Catholicam ſignat Eccleſiam, etiam ipſa ſola Romanorum Urbs, apud quam ejuſdem Apoſtoli corporalis præſentia ſedulè veneratur, ipſius vaſis cunctas dignoſcatur in ſe continere univerſorum animalium (quæ homines intelliguntur ſpiritaliter) nationes.*

Apologiæ pro ſacris peregrinationibus conſcriptæ, & Conciliorum Canones indicantur.

§. 5. Quod verò aut ad noſtros Controverſiarum Scriptores attinet, qui pios ad ſacra loca receſſus ab hæreticorum calumniis egregiè vindicarunt, aut ad ſolertem Eccleſiæ Prælatorum œconomiam ſpectat, ut ejuſmodi Peregrinationes, ſemotis quibuſque ſcandalis, ritè atque ex ordine perficerentur; Nos, quibus non eſt animus Diſſertationem, aut Tractatum elucubrandi, ea dumtaxat innuimus, quæ literis conſignarunt Joannes Aurelianenſis Epiſcopus, noni ſæculi Scriptor, contra Claudium Taurinenſem, in ſacras Imagines, ideoque in ſacras etiam Peregrinationes infenſum, & Ægidius Carlerius Eccleſiæ Cameracenſis Decanus in celebri Oratione Baſileæ habita contra errores Nicolai Taboritæ, in qua, ſolidioris doctrinæ argumentis, quæcumque ab adverſario contra ſacra Fidelium itinera objiciebantur, planè diſſolvit, ut patet Orationem legenti *in tom.* 8. *Collectionis Conciliorum* Harduini *pag.* 1796. *& ſeqq.* Ea item conſulenda, quæ in Concilio Cabilonenſi ſecundo *ann.* 813. *cap.* 45. & uberiùs in Concilio Bituricenſi *anno* 1584. *tom.* 10. *memoratæ Collectionis pag.* 1466. *& ſeqq.* ſancita ſunt; patebit enim, Canones aliquot fuiſſe procuſos ad quævis abſurda tollenda, quæ in ſacras Peregrinationes irrepere potuiſſent. Nec ſilentio prætereunda, quæ in rem hanc ſedulâ curâ in unum collegit Laurentius Bochelli *in Decretis Eccleſiæ Gallicanæ lib.* 4. *tit.* 14. *de Peregrinationibus.*

Quid ſentiendum de duobus Opuſculis S. Gre-

§. 6. Neque verò ignoramus duo illa S. Gregorii Nyſſeni Opuſcula, alterum *de iis, qui adeunt Jeroſolymam*, alterum *ad Euſtatiam*,



Monaco, che viſſe nel ſecolo ſettimo, e che dai predetti non è portata, nella quale ſi contiene la commendatizia, che facevaſi al Papa, ed ai Veſcovi a pro di quelli, che ſi accingevano al pellegrinaggio verſo Roma per viſitare i limini de'Santi Apoſtoli, come ſi vede *nel lib.* 2. *al cap.* 49.: *Portitor iſte, radio inflammante Divino, non, ut pleriſque mos eſt, vacandi*, o come altri leggono, *vagandi cauſa, ſed propter nomen Domini, itinera ardua, & laborioſa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina Apoſtolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, a mea parvitate ſe petiit veſtræ commendari almitati.* S. Gio. Criſoſtomo nel Libro, *Quod Chriſtus ſit Deus, al num.* 9. *nel tom.* 1. delle ſue Opere della ſtampa di Parigi *del* 1718. *alla pag.* 570. così ſcrive al noſtro propoſito: *In regia Urbe Roma, miſſis aliis omnibus, ad ſepulcra Piſcatoris, & tentoriorum Opificis, accurrunt Imperatores, Conſules, Exercituum Duces.* Dell' Imperatore Carlo Magno ſcrive Eginardo, che quattro volte nello ſpazio d'anni quarantaſette portoſſi a Roma, tratto dalla divozione: *Carolus Magnus intra annos quadraginta ſeptem, quater Romam ad vota perſolvenda & orandum profectus eſt.* Ed il Pontefice Niccolò I., che viſſe nel ſecolo nono, rende un'ampla teſtimonianza del concorſo de' fedeli a Roma per venerare le ceneri dell'Apoſtolo S. Pietro *nella ſua lettera* 9. a Michele Imperadore: *Tanta millia hominum protectioni ac interceſſioni Beati Apoſtolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium ſe ſe quotidie conferunt, & uſque in finem vitæ ſuæ apud ejus limina ſemet manſura proponunt, ut præter illud, quod vas è Cælo ſubmiſſum, in quo cunctorum oſtenſa ſunt eidem Beato Petro horum omnium Rectori animantium genera, Catholicam ſignat Eccleſiam, etiam ipſa ſola Romanorum Urbs, apud quam ejuſdem Apoſtoli corporalis præſentia ſedulè veneratur, ipſius vaſis cunctas dignoſcatur in ſe continere univerſorum animalium (quæ homines intelliguntur ſpiritaliter) nationes.*

5. Ed in ciò che riſguarda o i noſtri Controverſiſti, che contra gli Eretici hanno ben ſoſtenuta la difeſa delle divote peregrinazioni ai luoghi ſanti, o le regole de' Prelati di Santa Chieſa per ben governarle e liberarle da tutti gl'inconvenienti, Noi, che non intendiamo di fare un Trattato, o una Diſſertazione, ci rimettiamo a quanto ſcriſſe Giona Veſcovo d'Orleans, autore del nono ſecolo, contra Claudio di Torino, che inimico delle Sacre Immagini, era per conſeguenza anche nemico dei più divoti pellegrinaggi; ci rimettiamo alla celebre Orazione di Egidio Carlerio Decano della Chieſa di Cambrai, fatta in Baſilea contra gli errori di Niccolò Taborita, ſtampata *nel tom.* 8. degli Atti de' Concilii dell'Arduino *alla pag.* 1796. *ed altre ſeguenti*, ove con profonda dottrina ſcioglie gli equivoci oppoſti dal ſuo contraddittore contra i divoti pellegrinaggi; ed a quanto ſi legge nel Concilio Cabilonenſe tenuto *l'anno* 813. *cap.* 45. e più diffuſamente nel Concilio Bituricenſe tenuto *l'anno* 1584. *nel tom.* 10. della citata Collezione dell' Arduino *pag.* 1466. *e ſeg.* ove ſono regiſtrati alcuni Canoni molto ben fatti, per levare gl' inconvenienti dai ſacri e divoti pellegrinaggi; oltre ciò, che in tal propoſito ſi ritrova eſattamente radunato da Lorenzo Bochelli ne'Decreti della Chieſa Gallicana *lib.* 4. *tit.* 14. *de Peregrinationibus.*

6. Nè a Noi ſono ignoti i due Opuſcoli di S. Gregorio Niſſeno, uno intitolato *de iis, qui adeunt Hieroſolymam*, e l'altro indiriz-

gorio Nyſſeno tributis.

*Ambroſiam*, *& Baſiliſſam*, quæ *tom.* 3. *ejus Operum* editionis Pariſienſis anni 1638. *pag.* 651. *& ſeqq.* inſeruntur; quibus abutuntur heterodoxi, ut pios Fidelium ad ſacra loca ſeceſſus irrideant, ac damnent. Novimus etiam gravem controverſiam ab eruditis ſuper Opuſculorum veritate excitatam. Genuina fatentur Lippomanus, Baronius, Natalis Alexander, Tillemontius, Ceillierus: dubia cenſet Cardinalis Bellarminus: tamquam ſuppoſititia & apocrypha damnat Gretſerus; idque multis rationibus probare contendit in accuratis adnotationibus, quas *pag.* 71. *& ſeqq. tom.* 3. *præfatæ editionis* impreſſas legimus. Hac tamen controverſiâ ſepoſitâ; eſto Opuſcula genuina dicamus; eſto in abuſus, qui occaſione Peregrinationum ad ſacra Jeroſolymorum loca irrepſerant, S. Gregorium inſurrexiſſe concedamus; eſto præpoſteram ſententiam illorum, qui haſce Peregrinationes ad æternam ſalutem conſequendam omnino neceſſarias affirmabant, proſcribamus; nihil inde conficitur, quod veritatem a Nobis ſupra propoſitam convellat, aut infirmet. Non enim ſacrorum itinerum neceſſitatem obtrudimus, ſed utilitatem dumtaxat commendamus: neque abſurda, quæ in longis itinerum tractibus aliquando inſurgunt, propugnamus; ſed, ut infra patebit, opportunis remediis præcavemus, ne ſcandala ſuboriantur. Quod ſi S. Doctor zelo pietatis abreptus, vehementiori fortaſſe ſtylo in ſacras Jeroſolymorum Peregrinationes aliquando obloquatur; aut de pravis Peregrinorum moribus duriores quæpiam ſententiæ excipiendæ ſunt; aut communis Eccleſiæ ſenſus ac ritus, qui ſacra Chriſtianorum itinera, modò qua decet modeſtiâ ac diſciplinâ inſtituantur, piis ac devotis operibus accenſet, privato Doctoris, etſi ſanctitatis ac doctrinæ laude celeberrimi, judicio anteponendus.

zato ad Euſtatia, ed Ambroſia, e Baſiliſſa, che ſono *nel tom.* 3. delle Opere del Santo Dottore ſtampate in Parigi *l'anno* 1638. *pag.* 651. ſul fondamento de' quali, quelli, che non ſono della noſtra communione, s'appoggiano per iſcreditare ed impugnare i divoti pellegrinaggi. Nè tampoco ci è ignota la grave controverſia fra i noſtri eruditi, ſe le dette opere ſiano genuine di S. Gregorio: nella qual controverſia il Lippomano, il Baronio, Natale Aleſſandro, il Tillemont, il Ceillier, ſono di ſentimento, che le dette Opere ſiano Opere del Santo Dottore, del che però dubita il Cardinal Bellarmino; & con molta aſeveranza ed impegno il Gretſero ſoſtiene, che ſiano apocrife, come può vederſi nelle profonde ed erudite Note da eſſo ſtampate ſopra le medeſime, ed inſerite *nel cit. tom.* 3. delle Opere di S. Gregorio Niſſeno nelle Note *alla pag.* 71. *e ſegg.* Ma ci ſembra di potere con tutta giuſtizia accennare, che, quand' anche le Opere ſiano del Santo, quand' anche in eſſe, com'è vero, molto ſi eſageri contra gl' inconvenienti, che ſuccedevano ne' pellegrinaggi a Geruſalemme, quand' anche, com'è vero, gagliardamente s'impugni la maſſima ſpacciata falſamente da alcuni, che le accennate peregrinazioni foſſero neceſſarie per l'eterna ſalute; che ſenza quelle non poteva ottenerſi; ciò punto non oſta al noſtro aſſunto, in cui ſoſteniamo l'utilità delle opere predette, non la neceſſità; non ci facciamo difenſori degl'inconvenienti, ma, come vedraſſi in appreſſo, ne andiamo additando e procurando i rimedj: Non eſſendo poi del dovere, che ſi prendano con tutto il rigore le gagliarde eſpreſſioni del Santo Dottore contra i pellegrinaggi a Geruſalemme; sì perchè ſi vede manifeſtamente, che hanno la loro origine dai frequenti ſcandali, che andavano occorrendo; sì perchè l'idea d'uno, benche ſanto e celebratiſſimo Dottore, dee in ogni caſo cedere al ſentimento della Chieſa, ed al contrario comune parere degli altri, che fra le opere criſtiane pie e devote, annoverano i ſacri pellegrinaggi, quando ſiano fatti nelle dovute forme.

Quinam ad Urbem, & quibus conditionibus, imitentur. Epiſcopi.

§. 7. Noſtra hæc invitatio ipſos cum primis Venerabiles Fratres Eccleſiarum Epiſcopos complectitur; modò corporis ſalus id ferat, nullumque ex Paſtoris abſentia gregi concredito obventurum ſit detrimentum. Oportet verò meminerint, pleroſque Prædeceſſorum, eorum ſaltem, quos longiora itinera ab Urbe non diſſociabant, quotannis in ſanctam Civitatem ſe contuliſſe, ut conjunctim cum Romano Pontifice SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Feſta celebrarent; ut *ex Epiſtola* 13. *&* 16. S. Paulini ſatis compertum eſt.

Clerici.

Hortamur etiam Sacerdotes, atque ex Clero reliquos; modò, ut par eſt, dimiſſoriales Epiſcoporum Literas ſecum ferant: non enim a Nobis lex iſta nunc primùm indicitur, cujus jam tum a vetuſtis Eccleſiæ ſæculis apertiſſima occurrit mentio; ut patet *ex Canone* 41. *&* 42. *Conciliî Laodiceni an.* 372. penes Harduinum *tom.* 1. *pag.* 789. *&* 790.

Regulares.

Hortamur & Regulares; modò opportuna Superiorum, quos tamen hac in re benigniores fore confidimus, accedat voluntas.

Laici.

Pari ſtudio Laicos hortamur; modò, antequam itineri ſe committant, aut a Parocho aut a Confeſſario, quid ſibi expediat, probe intellexerint. Ne autem conſcientiarum moderatores & conſiliarii facilè hallucinentur, ea noſſe, ac præ oculis habere debent, quæ hiſce in caſibus Theologi, ac præ cæteris Theophilus Raynaudus *tom.* 15. *ſuorum Operum*, in Tractatu, qui inſcribitur *Heteroclita ſpiritualia pag.* 227. *num.* 13. ſedulò examinanda proponunt. *Peregri-*

§. 7. Queſto noſtro invito comprende i Veſcovi noſtri cari Fratelli, purchè la ſalute loro corporale lo permetta, e purchè la cura delle anime ad eſſi commeſſe non ſia per ricevere nocumento della loro aſſenza: e ſi ricordino, che una gran parte de' loro Predeceſſori, parlando almeno di quelli che non erano tanto lontani da Roma, venivano ogni anno alla ſanta Città per celebrare unitamente col Papa la Feſta de' Santi Apoſtoli Pietro e Paolo, come ſi vede *nella lettera* 13. *e* 16. di S. Paolino. Comprende l'invito i Sacerdoti e gli altri del Clero, purchè vengano, come è del dovere, colle Dimiſſorie de' loro Veſcovi; legge, che non è inventata da Noi, ma ben antica, come ſi raccoglie dal *Canone* 41. e dal *Canone* 42. del Concilio Laodiceno tenuto *l'anno* 372. *nel tom.* 1. della Collezione dell'Arduino *pag* 789. *&* 790. Comprende il noſtro invito i Regolari, purchè però abbiano le opportune licenze de' loro Superiori, che eſortiamo ad uſare ogni diſcretezza nel concederle. Comprende gli Uomini del ſecolo, purchè intraprendano il viaggio dopo averlo conſultato col loro Curato, o con altro Direttore delle loro coſcienze, che dovrà aver preſente, nel dare il ſuo conſiglio, la comune maſſima degli Autori ſpiegata da Teofilo Raynaudo *nel tom.* 15. delle ſue Opere, cioè in quella intitolata *Heteroclita ſpiritualia*, *alla pag.* 217. *num.* 13. = *Peregrinatio eſt opus ſupererogationis*, *& pertinet ad cultum voluntarium*, *quem*

*natio*, ita Raynaudus, *eſt opus ſupererogationis, & pertinet ad cultum voluntarium, quem par non eſt officere actibus virtutis ex obligatione exercendis. Sic maritus, qui vinculo conjugii adſtringitur adhærere uxori, malè faciet, ſi, uxore reluctante, longam Peregrinationem, eâ domi relictâ, ſuſcipiat &c. Immo, quamvis uxor conſentiret, poſſet tamen Peregrinatio longa mariti continere heteroclíſim, ſi per eam abſentiam in alterutro conjugum veriſimile periculum labefactandæ virtutis timeretur. Æquè ex hoc capite anomala eſſet Peregrinatio patrisfamilias, qui, cum neceſſarius eſſet domi ad ſuſtentationem familiæ, deberetque ſuis laborare, & theſaurizare, vellet tamen domo abeſſe, & ad hæc aut illa ſacra monumenta diſcurſare. Idem pronunciatum eſto de eo, qui obæratus, nec habens aliunde, unde diſſolvat debita, quàm ſi alicubi hæreat, & laboret, eligit tamen viſere loca ſancta.* Norunt omnes Plenariam peccatorum Indulgentiam, quam Urbanus II. in Concilio Claromontano iis elargitus eſt, qui Crucis inſignia geſtantes, ad ſacra Jeroſolymorum loca recuperanda, ſacræ militiæ nomen darent. *Quicumque pro ſola devotione, non pro honoris, vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Eccleſiam Dei Jeruſalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur*: verba ſunt memorati Concilii, quod *anno* 1095. celebratum eſt, atque *tom.* 10. Labbeanæ editionis inſeritur. D. Thomas, *quodlib.* 4. *art.* 11. hac quæſtione propoſitâ: *Utrum vir poſſit accipere Crucem, ſi de ejus incontinentia timeatur*, eamdem, quam ſupra ſtatuimus, doctrinam ſecutus, ita quæſtionem abſolvit: *Ex neceſſitate viro imminet, ut gerat Crucem uxoris, quia caput mulieris eſt vir. Sed, quod accipiat Crucem ad transfretandum, ſubjacet propriæ voluntati. Unde ſi uxor ſit talis, quæ ſequi non poſſit propter aliquod impedimentum, & de ejus incontinentia timeatur, non eſt ei conſulendum, ut accipiat Crucem, & dimittat uxorem; ſecus autem eſt, ſi uxor continere voluntariè proponat, aut velit, & poſſit ſequi virum ſuum.* Sed nec ipſas quidem Mulieres, modò clauſuræ legibus non teneantur, arcemus, quominus Anni Jubilæi tempore, ſi ita illis expediat, Romam accedant. Multa enim præſto ſunt, quæ ſacra mulierum itinera commendant, exempla. S. Helenam ad ſacra loca properantem S. Ambroſius deſcribit. Eudoxiæ, quæ Theodoſio nupſit, Peregrinationes ad Urbem Jeroſolymam Socrates commemorat. Paulam Matronam Romanam in Terræ ſanctæ locis luſtrandis ſollicitam exhibet Sanctus Hieronymus. Nec minori ſtudio S. Birgitta Compoſtellam, ac Romam, ut Sanctorum Apoſtolorum Limina deoſcularetur, perrexit. Ad hæc, Nos ipſi, quo tempore diuturniorem in hac Urbe Sanctæ Sedis ſervitio obſtricti moram traximus, de frequenti mulierum adventu, citra ullum ætatis, aut conditionis diſcrimen, teſtes ſumus. Verùm, ne ubi ſedulus Paterfamilias frumentum ſeminat, inimicus homo zizania commiſceat, eos omnes, quibus diſciplinæ ac morum cuſtodia eſt concredita, monemus, ac in Domino obſecramus, ut ſedulò caveant, ne ullus pateat aditus criminibus, quæ facili negotio a mulierum ætate, ab eorum, quibus ſociantur, indole, ingenio, ac ſexu diſſimili, ſuam ducunt originem. Quod ſi mulieres viro alligatæ itineri ſe committant, ea cum primis cura adhibenda eſt, ut, viris abſentibus, fratrum cuſtodiæ commendentur, aut ſaltem iis cuſtodiendæ tradantur, quos propinquitatis gradus, & a quavis ſuſpicione alienos, & in pudicitia ſervanda probet ſollicitos.

Quanta veneratione proſequendi ſint SS. Apo-

§. 8. Jam verò reliquum eſt, ut, quò tandem noſtra hæc invitatio ſpectet, aperiamus. Id verò ſatis explicare non poſſumus, niſi quæ-

dam

*par non eſt officere actibus virtus ex obligatione exercendis. Sic maritus, qui vinculo matrimonii adſtringitur adhærere uxori, malè faciet, ſi, uxore reluctante, longam peregrinationem, ea domi relicta, ſuſcipiat. Immò, quamvis uxor conſentiret, poſſet tamen peregrinatio longa mariti continere heteroclíſim, ſi per eam abſentiam in alterutro conjugum veriſimile periculum labefactandæ virtutis contineret. Æquè ex hoc capite anomala eſſet peregrinatio patrisfamilias, qui cùm neceſſarius eſſet domi ad ſuſtentationem familiæ, deberetque ſuis laborare, & theſaurizare, vellet tamen domo abeſſe, & ad hæc aut illa ſacra monumenta diſcurſare. Idem pronuntiatum eſto de eo, qui obæratus, nec habens aliunde, unde diſſolvat debita, quàm ſi alicubi hæreat & laboret, eligit tamen viſere loca ſancta.* E nota ad ognuno la plenaria Indulgenza conceduta da Urbano II. nel Concilio di Chiaromonte a chi, aſſumendo la Croce, aſſumeva la milizia per ricuperare Terra Santa: *Quicumque pro ſola devotione, non pro honoris vel pecuniæ adeptione, ad liberandam Eccleſiam Dei Hieruſalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputetur.* Così ſi legge nel detto Concilio tenuto *l'anno* 1096. *nel tom.* 10. *de' Concilj* del Labbè. S. Tommaſo *nel quodlibet* 4. *all' art.* 11. propone la queſtione: *Utrum vir poſſit accipere Crucem, ſi de ejus incontinentia timeatur*: e camminando coi principj poc' anzi additati, conchiude: *Ex neceſſitate viro imminet, ut gerat crucem uxoris, quia caput mulieris eſt vir. Sed, quod accipiat Crucem ad transfretandum, ſubjacet propriæ voluntati. Unde, ſi uxor ſit talis, quæ ſequi non poſſit propter aliquod impedimentum, & de ejus incontinentia timeatur, non eſt ei conſulendum, ut accipiat Crucem, & dimittat uxorem: ſecus autem eſt, ſi uxor continere voluntariè proponat, aut velit, & poſſit ſequi virum ſuum.* I divoti pellegrinaggi di S. Elena ai luoghi ſanti, riferiti da S. Ambrogio, di Eudoſſia moglie di Teodoſio juniore a Geruſalemme, deſcritti da Socrate, di Paola nobile Romana a Terra Santa, riferiti da S. Girolamo, di S. Brigida a Compoſtella, ed a Roma, per viſitare i limini degli Apoſtoli Pietro e Paolo, tanti altri lodevoli eſempj di donne di condizione, ed anche poverette e miſerabili, veduti da Noi nel decorſo della lunga dimora, che abbiamo fatta in Roma nel tempo del ſervigio da Noi preſtato alla Sede Apoſtolica; ci muovono a non eſcludere dal noſtro invito le donne non aſtrette a clauſura: Unendo però all'invito l'avvertimento, che crediamo molto neceſſario, cioè che da tutti quelli, a cui appartiene il vegliare ſul buon coſtume, non ſi tralaſci verun provvedimento, per opporſi agli inconvenienti, che facilmente poſſono derivare dall' età delle pellegrine, dalla compagnia nel loro viaggio, dalla meſcolanza con quelli d'altro ſeſſo, e particolarmente quand' eſſe, eſſendo maritate, non hanno la compagnia de' loro mariti, ed in difetto de' mariti, la cuſtodia de' fratelli, o d'altri congiunti loro in grado tale di parentela, che eſcluda ogni ſoſpetto, e porti ſeco ogni dovuta cuſtodia.

§. 8. Al noſtro invito ſuccede il dover' eſporre il motivo, e la cauſa finale dello ſteſſo: ma ciò non poſſiamo fare con tutta adegua-

tezza,

ſtolorum cineres.

dam ſcitu digna, a ſanctis Patribus, atque Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ monumentis petita, primo loco ſtatuamus. Sanctus Joannes Chryſoſtómus *Homil. 32. in Epiſtolam ad Romanos tom. 9. præfatæ editionis pag. 757.* Urbem Romam laude dignam affirmat, quòd illius amplitudo, vetuſtas, pulcritudo, populi frequentia, divitiæ, ac victoriæ, quas bello reportavit, multam intuentium animis excitent admirationem. Verùm hæc illi non erat præcipuè commendationis materies. Aliud quidpiam in Urbe Roma intuebatur, quod nedum laudes ab ore eliceret, ſed inſuper amorem ac deſiderium excitaret quammaximum; ipſa nimirum Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſacra Lipſana, ex quibus longè majori gloriâ ac dignitate Roma nobilitatur, *Propterea*, inquit S. Doctor, *quamquam aliunde illam laudare poſſim, a magnitudine, ab antiquitate, a pulcritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter geſtis. Sed, miſſis illis omnibus, ideo illam beatam prædico, quia Paulus & dum viveret, illis ſcripſit, atque ipſos ita dilexit, ac præſens ipſos allocutus eſt, & vitam ibidem clauſit; ideoque hinc clarior eſt Civitas, quàm ex aliis omnibus: ac, quemadmodum corpus magnum & robuſtum, duos illa Urbs habet oculos ſplendentes, horum videlicet Sanctorum Corpora. Non ita ſplendet Cælum, cum radios Sol emittit, ut Romanorum Urbs duas illas lucernas habens per totum Orbem lucem emittentes.* Hinc charitatis igne ſucceníus, quæ præſens intueri non poterat, Beatorum Apoſtolorum Corpora abſens venerabatur; atque, ut aliquando Romam poſſet accedere, veluti moræ impatiens, ſummis optabat votis. *Quis mihi nunc dederit*, ſic ille proſequitur, *ut Corpus Pauli circumplectar, ut ſepulcro hæream, ut pulverem videam Corporis illius, quæ Chriſto deerant, adimplentis, ſtigmata illius geſtantis, prædicationem ubique diſſeminantis?* & poſt pauca: *Vellem ſepulcrum videre, ubi jacent arma juſtitiæ, arma lucis, membra nunc viventia, & mortua dum ille viveret, in quibus omnibus vivebat Chriſtus, quæ crucifixa erant mundo, membra Chriſti, quæ Chriſtum induebant, templum ſpiritus, ædificium ſanctum, quæ ſpiritu ligata erant, quæ confixa erant timore Dei, quæ ſtigmata Chriſti habebant. Hoc Corpus Urbem illam quaſi mœniis cingit, quod omni turre, & vallis innumeris tutius eſt; & cum hoc etiam Petri Corpus, nam illum viventem honoravit: Aſcendi, inquit, videre Petrum.*

tezza, ſe non premettiamo alcune notizie dedotte dai Padri, ed altre dalla Storia Eccleſiaſtica. S. Giovanni Criſoſtomo *nell' Omel. 32.* ſopra l'Epiſtola ai Romani *tom. 9.* della ſopraccitata edizione *pag. 757.* proteſtoſſi di voler bene a Roma, e di poterla lodare per la grandezza, antichità, e bellezza, frequenza del popolo, ricchezze, e vittorie ottenute in guerra: *Propterea ego Romam diligo, quamquam aliunde illam laudare poſſim, a magnitudine, ab antiquitate, a pulchritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter geſtis*: ma aggiunſe, che amava e ſtimava Roma, e che ſommamente bramava di venirvi, per poter venerare i Sepolcri de' Santi Apoſtoli Pietro e Paolo: *Sed miſſis illis omnibus, ideo illam beatam prædico, quia Paulus & dum viveret illis ſcripſit, atque ipſos ita dilexit, ac præſens ipſos allocutus eſt, vitamque ibidem clauſit, ideoque hinc clarior eſt civitas, quàm ex aliis omnibus: ac, quemadmodum corpus magnum & robuſtum, duos illa Urbs habet oculos ſplendentes, horum videlicet Sanctorum Corpora. Non ſplendet Cælum, cùm radios Sol emittit, ut Romanorum Urbs duas illas lucernas habens, per totum orbem lucem emittentes.* Paſsò avanti il Santo Dottore, ed eſpreſſe il ſuo acceſo deſiderio di preſtare i dovuti atti di venerazione ai Sepolcri dei detti due Santi Apoſtoli: *Quis mihi nunc dederit, ut Corpus Pauli circumplectar, ut Sepulcro hæream, ut pulverem videam Corporis illius, quæ Chriſto deerant, adimplentis, ſtigmata illius geſtantis, prædicationem ubique diſſeminantis?* e poco dopo: *Vellem Sepulcrum videre, ubi jacent arma juſtitiæ, arma lucis, membra nunc viventia, & mortua dum ille viveret, in quibus omnibus vivebat Chriſtus, quæ crucifixa erant mundo, membra Chriſti, quæ Chriſtum induebant, templum Spiritus, ædificium ſanctum, quæ Spiritu ligata erant, quæ confixa erant timore Dei, quæ ſtigmata Chriſti habebant. Hoc Corpus urbem illam quaſi mœniis cingit, quod omni turre & vallis innumeris tutius eſt; & cum hoc etiam Petri Corpus, nam illum viventem honoravit: Aſcendi, inquit, videre Petrum.*

Alia Chriſtiano Homini viſenda in Urbe.

§. 9. Et Nos igitur S. Joannis Chryſoſtomi exempla ſecuti, affirmare tutò poſſumus, noſtram hanc Urbem Romam ampliſſimis ædificiis, ac miro inſtructam ornatu, dignam eſſe, quæ ſpectatorum oculos alliciat ac trahat. Verùm vota, noſtraque ad fidelem populum hortamenta hìc non ſiſtunt. Hæc præcipua Romæ laus eſt, quod Catholicæ Religionis Caput, ac unitatis Centrum in ea ſedem fixerit. Hoc dignum Urbe Româ ſpectaculum, apertiſſima monumenta disjectæ penitus Idololatriæ, quæ tamdiu Urbem hanc Orbis dominam ſibi ſubjecerat, contemplari. Perſpectam habent Eruditi ſententiam Petri Angeli Bargæi in celebri Epiſtola *de privatorum publicorumque ædificiorum Urbis Romæ everſoribus*, qua probare contendit, magnifica Theatrorum, Thermarum, Templorumque ædificia, ac innumera Idolorum ſimulacra, non jam a Gothis, Vandalis, aliiſque efferatis gentibus fuiſſe disjecta; ſed a Romanis Pontificibus, ipſoque cum primis S. Gregorio Magno, aliiſque Fidelibus, fuiſſe proſtrata, ut omnem planè Idololatrici cultus memoriam, ac ſuperſtitionis irritamentum e medio tollerent. Quidquid verò ſit de hujuſce ſententiæ veritate, profectò non defuit, qui

§. 9. Battendo le pedate di S. Giovanni Criſoſtomo, diremo, eſſere queſta noſtra Città di Roma, degna d'eſſer veduta, per la grandezza delle fabbriche, per la ſontuoſità degli edifizj: ma non eſſer queſte o ſimili coſe l' oggetto del noſtro invito. Diremo, doverſi ella principalmente lodare e ammirare per eſſer la Sede del Capo della Religione, il centro della unità, e per vederſi nella medeſima i vivi contraſſegni dell' eſtinta Idolatria, che in eſſa aveva per più ſecoli trionfato. Agli eruditi è noto l'aſſunto di Pietro Angelo Bargeo nella ſua celebre lettera *de privatorum publicorumque ædificiorum Urbis Romæ everſoribus*, ove pretende di dimoſtrare, non eſſere ſtate rovinate le ſontuoſe fabbriche de' Teatri, delle Terme, de' Tempj, delle innumerabili Statue degl'Idoli, dai barbari, da' Goti, Vandali, e ſimil gente, ma da' Romani Pontefici, e ſpecialmente da S. Gregorio il Grande, e dai pii fedeli, per levare ogni incentivo all'idolatria ed ogni memoria d'eſſa. Ma, ciocchè ſiaſi di quanto ſcriſſe il citato Bargeo, non è mancato ai giorni noſtri chi con molta fatica ha compoſto un Trattato delle coſe Gentileſche e profane, traſportate ad uſo ed ornamento delle Chieſe;

noſtra ed

noſtra ætate operoſum Tractatum confecerit de profanis ac ſuperſtitioſis Ethnicorum reliquiis, in commodum ac ornamentum Eccleſiarum tranſlatis, addito inſuper nomine ac numero Eccleſiarum, quæ vel hiſce diebus, profanis Gentium Templis innixæ ac ſuperimpoſitæ, Romæ aſpiciuntur. Sacras igitur Peregrinationes indicimus, ac religioſum ad memorias Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli acceſſum ſuademus, eo conſilio, ut fidelis populus ad ſacra hæc loca eodem feratur pietatis ſpiritu, quo S. Joannes Chryſoſtomus, ut ſupra narravimus, vehementer exarſit; eſto illi datum non fuerit ſacratiora Urbis Romæ loca vel ſemel inviſere.

Indulgentia Plenaria præcipuus itineris ſcopus.

§. 10. Nondum verò rationes omnes, quibus noſtra hæc hortatio innititur, explicavimus. Notum ſatis, quod *anno* 1300. Bonifacii VIII. tempore contigiſſe narràtur. Fama illico invaluit de Plenaria peccatorum Indulgentia quovis anno centeſimo iis conceſſa, qui Sanctorum Apoſtolorum adirent Limina. Auctor famæ, quæ nedum Romæ, ſed & in aliis Orbis partibus percrebuerat, etſi diu multùmque quæſitus, nuſquam inventus eſt. Hinc Bonifacius VIII. anno centeſimo tunc recurrente, celeberrimam edidit Conſtitutionem, cui initium *Antiquorum habet fida relatio*, in qua pleniſſimam peccatorum veniam concedit iis omnibus, qui verè pœnitentes ac confeſſi, quindecim vicibus, ſi fuerint extranei, ſi verò Romani fuerint, triginta vicibus Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas viſitaverint; ac præterea cuilibet centeſimo futuro anno idem pleniſſimarum Indulgentiarum beneficium, iiſdem ſub conditionibus acquirendum, perpetuò ſociavit. Univerſa rei ſeries fido calamo a Jacopo Cajetano Diacono Cardinali S. Georgii in Velabro, ejuſdem Pontificis Nepote, conſcripta, typis impreſſa legitur *tom.* 25. *Bibliothecæ Maximæ Patrum* editionis Lugdunenſis *pag.* 937. *& ſeqq.* Notum item centum annorum ſpatium a Bonifacio VIII. definitum, a Clemente VI. ad annos quinquaginta, ab Urbano VI. ad annos tres ac triginta, ac poſtremò a Paulo II. ad annos viginti quinque fuiſſe revocatum: additâ inſuper a Clemente VI. Lateranenſis, ab Urbano VI. Liberianæ Baſilicæ viſitatione. In noſtra, quam nuper edidimus, Conſtitutione, nihil de conſueta Eccleſiæ diſciplina, ſive quoad Eccleſiarum, ſive quoad Viſitationum numerum, ſive etiam quoad opera, quæ ad lucrandum Indulgentiarum theſaurum præſcribuntur, exceptâ Sacræ Euchariſtiæ perceptione, quam jure ac merito ſepraddendam duximus, immutavimus. Atque huc tandem vota noſtra ac hortamenta contendunt, ut, quæ præcipiuntur in ſacris hiſce itineribus, pia opera, qua decet humilitate ac devotione impleantur; non enim duntaxat conſilii, ſed præcepti, ac neceſſitatis res eſt, ejuſmodi operum implementum. Quo ſemel poſito, verbis iiſdem, quibus Auguſtinus Valerius vigilantiſſimus Eccleſiæ Veronenſis Epiſcopus, mox S. R. E. Cardinalis egregius, *in Paſtorali epiſtola edita anno* 1574. dilectum ſuæ Civitatis ac Diœceſis populum hortatus eſt, occaſione Jubilæi, quod Gregorius XIII. ſequenti anno celebravit, univerſos Chriſtifideles alloquimur, ac monemus. *Fratres*, verba ſunt Epiſtolæ ex Italico idiomate in Latinum tranſlata, *Gratia Sancti Spiritus proximo Jubilæi Anno vos Romam accerſit; multus item, qui vobis proponitur, theſaurus invitat. Hortor vos omnes, ut veſtro pares muneri, jucunditatis ſtolam, quæ bonæ conſcientiæ perpetua comes eſt, induatis; ita namque fiet, ut hoc Jubilæi Anno ſanctificationis gratiam adepti, e ſacro itinere reduces, promptiores, quàm antea fuiſtis, Deo ſerviatis.*

ed in eſſo ha pienamente enumerate le Chieſe, che ancor oggi ſi veggono in Roma erette ſu le rovine de' Tempj Gentileſchi. Diremo finalmente, eſſere indirizzato il noſtro invito ad un religioſo pellegrinaggio, alla divota viſita de' Sepolcri de' Santi Apoſtoli Pietro e Paolo, che S. Giovanni Criſoſtomo, come abbiamo veduto, ſoſpirava di fare, nè mai ebbe il modo di fare.

10. Quì però non termina l'oggetto ed il fine del noſtro invito. E' noto a ciaſcheduno ciò, che accadde *nel* 1300. allora che, nata all'improvviſo una pubblica voce, ſparſa non ſolo in Roma, ma in molte parti del Mondo, che ogni cento anni vi foſſe una plenaria ed ampla Indulgenza conceſſa a chi viſitava i limini degli Apoſtoli, e che per appunto in quell'anno 1300. cadeva il centeſimo, dopo eſſerſi fatte le maggiori diligenze per rintracciare il vero, fu dal Pontefice Bonifazio VIII. pubblicata la ſua Coſtituzione, che incomincia *Antiquorum habet fida relatio*, in cui conceſſe la plenaria Indulgenza a chi pentito e confeſſato viſitaſſe, ſe foſſe foreſtiero, quindici volte, ed eſſendo Romano, trenta volte, le Baſiliche de' Santi Pietro e Paolo; Perpetuando ogni cento anni la ſteſſa plenaria Indulgenza nel modo poc'anzi eſpreſſo. Tutta la Storia è fedelmente riferita da Giacomo Gaetano Diacono Cardinale di S. Giorgio in Velabro, nipote dello ſteſſo Bonifazio VIII. che è ſtampata *nel tomo* 25. della Biblioteca Maſſima de' Padri della ſtampa di Lione *alla pagina* 937. *e ſegg.* E' noto pure a ciaſcheduno, che il termine di cento anni fu ridotto a cinquanta da Clemente VI., a trentatrè da Urbano VI., ed a venticinque da Paolo II., e che il predetto Clemente VI. alla viſita delle due Baſiliche di S. Pietro e di S. Paolo, aggiunſe quella della Lateranenſe, ed Urbano VI. alle predette tre aggiunſe la viſita della quarta Baſilica, che è quella di S. Maria Maggiore. Noi nella noſtra Coſtituzione ci ſiamo conformati alla diſciplina, che abbiamo veduta già introdotta, e quanto alle Chieſe da viſitarſi, e quanto al numero delle viſite, opere preſcritte da adempirſi per conſeguire il ſanto teſoro della plenaria Indulgenza; nè altro v'abbiamo aggiunto, che il dover ricevere la Sacra Eucariſtia, che abbiamo creduto ben fatto dovervi aggiungere. E queſto è il vero oggetto del noſtro invito, a cui il pellegrinaggio, e le viſite delle Chieſe, ed ogni altra opera ingiunta, fatta a dovere, ſono non che convenienti, ma neceſſarie diſpoſizioni. *Vi chiama, fratelli, lo Spirito Santo a Roma queſt'anno proſſimo del Giubbileo. V'invita il teſoro, che vi è propoſto. Io vi eſorto tutti a non mancare a voi ſteſſi, ed a veſtirvi della ſtola dell'allegrezza, perpetua compagna della buona coſcienza; acciocche ritornati da queſto ſanto viaggio ſantificati in queſt'Anno Santo, poſſiate meglio ſervire il Signore Iddio di quello, che avete fatto ſin ora*: ſono parole del gran Veſcovo di Verona Agoſtino Valerio, poi degno Cardinale della Santa Romana Chieſa, nella lettera Paſtorale a tutti i fedeli della ſua Città e Dioceſi, ſtampata in Verona *l'anno* 1574. ſopra il Giubbileo dell'Anno Santo, che nell'anno ſeguente fu celebrato da Gregorio XIII.

§. 11. Liceat Nobis huc item transferre ipſamet verba, quibus Sanctus Carolus Borromæus, clariſſimus Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, geminam ad commiſſum ſibi gregem dedit epiſtolam, Italico ſermone, ut omnium captui ſe accommodaret, conſcriptam; alteram quidem *die* 10. *Septembris* 1574. hoc eſt anno Jubilæum a Gregorio XIII. celebratum præeunte; alteram, abſoluto Jubilæi tempore, *anno* 1576. promulgatam. Utriuſque epiſtolæ fragmentum latinè redditum lubentes exſcribimus. Prior epiſtola ſic habet: *Contemnenda ergo non eſt, filii chariſſimi, occaſio, ex qua animabus veſtris tanta obveniunt emolumenta. Nolite, precamur vos, metu curâve laboris, quo corpus pauliſper laſſatur, tanto fraudari bono. Veſtram in terrenis commodis ac emolumentis diligentiam perpendite; quorum gratiâ, longa, ac periculi plena itinera ultrò ſuſcipitis, abſque eo quod ærumnæ, ac incommoda vos terreant, aut labores, qui non ſemel occurrunt, ab incæpto vos retrahant. Pudeat igitur, quòd majora corpori, quàm animæ, impendatis beneficia. Enimvero ſi de temporalis oneris diſſolutione agatur, aliqui veſtrûm non dubitant vias etiam difficiliores adire; eſto ſacra hæc itinera, tot tantorumque peccatorum, quæ animam gravant, abſolutionem impetrent. Hæc ratio, filii chariſſimi, quæ animæ ſaluti tam benè conſulit, ſtimulos vobis addat oportet, ut ſinceræ pietatis, quæ Chriſtianos decet, ſpiritu inſtructi, ſacrum iter ſuſcipiatis, ad quod antiqua Fidelium devotio, ac vetuſta populorum ac Principum exempla vos provocant.* Poſterioris epiſtolæ, quam, elapſo Jubilæi Anno, Sanctus Carolus ſcripſit, poſtquam Summus Pontifex, ipſo rogante, Plenariam Jubilæi Indulgentiam Mediolanum tranſmiſerat, ut eorum ſaluti conſuleret, qui præcedenti anno Romam non acceſſerant, verba hæc ſunt ad rem noſtram ſatis opportuna: *Noſtis quænam fuerint anno præterito vota noſtra, ut nemo veſtrûm, cujuſvis negotii aut impedimenti prætextu, a ſacris Peregrinationibus, quæ ad Urbem Romam inſtituendæ erant, abſtineret. Unumquemque excitavimus, ut ad ſpirituales divitias ſibi comparandas properaret, ac ſingulari obſequio Sanctam Romanam Eccleſiam, quæ omnium Mater eſt, veneraretur, Romam accedens, ut corpore præſens Apoſtolicas benedictiones conſequeretur, & Beatorum Petri & Pauli ſacra Corpora, aliorumque Sanctorum Reliquias coleret; ut vetuſtas ac venerandas Eccleſias, necnon loca illa innumerorum penè Martyrum ſanguine conſperſa ac conſecrata intueretur. Hæc enim Urbs illa eſt, myſteriis, ſacriſque monumentis inſignita, ſingularibus beneficiis a Deo cumulata, cum in ea S. Petri Cathedram perpetuò fixerit; infallibilem Fidei Catholicæ veritatem, diſciplinæ ac morum Magiſterium collocaverit. Hæc quidem Urbs eſt, cujus tellus, muri, Aræ, Eccleſiæ, Martyrum ſepulcra, & quidquid oculis obverſatur, ſacrum quid animis ingerit, ut ii experiuntur, ac ſentiunt, qui ritè comparati ſacros illos receſſus inviſunt. Hinc vos omnes & voce pluries hortati ſumus, & literis excitavimus, & itineris a nobis ſuſcepti exemplo monuimus; rati, noſtra intereſſe, hac etiam in re ductorem agere, ac exemplo præire.*

11. Contentatevi, che facciamo anche uſo delle lettere Paſtorali del gran Cardinale Arciveſcovo di Milano Carlo Borromeo pubblicate in lingua Italiana per comodo del ſuo Popolo, una *nel giorno* 10. *di Settembre* 1574. che vuol dire l'anno prima del Giubbileo celebrato nel Pontificato di Gregorio XIII. *Non è dunque, dilettiſſimi figliuoli, da perdere l'occaſione di tanto ſpirituale guadagno; non vogliate, vi preghiamo, per timore, e riſpetto d'un poco di fatica corporale, privarvi di tanto bene; conſiderate la diligenza e ſollecitudine voſtra negli acquiſti e guadagni terreni, per li quali vi mettete a lunghi e pericoloſi viaggi, nè temete diſagi ed incomodi, nè vi ſpaventate di fatica, che vi ſi rappreſenti. Confondetevi di non fare per l'anima voſtra quel che fate per il corpo, poichè per ricevere la remiſſione d'un debito di coſe temporali, molti di voi non temeriano di metterſi eziandio a maggior viaggio di queſto, il quale vi ſerve per ricevere la remiſſione di tanti e tanti debiti ſpirituali. Dovete, figliuoli amatiſſimi, per queſta cauſa, la quale importa tanto all'anima voſtra, muovervi con gran deſiderio, e pietà veramente Criſtiana a fare queſto ſanto pellegrinaggio, al quale vi ha da accendere anco ſommamente l'eſempio dell'antica divozione, che in ciò moſtrarono i fedeli, e popoli, e Principi*: l'altra pubblicata *l'anno* 1576. che vuol dire l'anno dopo quello del Giubbileo celebrato in Roma, allora che, ſecondo il ſolito, fu dal Sommo Pontefice traſmeſſo a Milano per quelli, che non erano venuti a Roma l'anno precedente: ed ecco le parole del Santo, che fanno al noſtro propoſito: *Sapete, quanto abbiamo deſiderato l'anno paſſato, che non foſſe alcuno di voi, il quale per qualſivoglia occupazione e impedimento s'iſcuſaſſe di far quel ſanto viaggio di Roma, ma che tutti andaſte ad arricchirvi ſpiritualmente, e che faceſte queſto ſpeciale riconoſcimento verſo la Chieſa Santa Romana, comune Madre noſtra, andando in perſona a ricevere preſenzialmente queſte ſante benedizioni Apoſtoliche, ed a viſitare i Sacri Corpi dei glorioſi Apoſtoli S. Pietro, e S. Paolo, ed altre Sante Reliquie, a viſitare quelle antiche e divote Chieſe, quella terra ſanta, tutta ſparſa e conſecrata col ſangue d'innumerabili Martiri, dove e per queſto, e per molti altri miſterj e divotiſſime memorie, e per i favori ſpeciali, che Iddio fa a quel luogo, dove ha collocata immobilmente la Cattedra di San Pietro, l'infallibilità della Fede Cattolica, il magiſtero de' coſtumi criſtiani, pare, che la terra ſteſſa, i muri ſacri, gli Altari, le Chieſe, i Cimiterj de Martiri, ed ogni coſa ſpiri divozione particolare; la quale iſperimenta quaſi ſenſibilmente chi viſita que' ſanti luoghi con la diſpoſizione, che deve. Per il che vi abbiamo a ciò molte volte eſortato con parole, eccitato con lettere, ed invitato all'ultimo anco coll'eſempio del viaggio noſtro, riconoſcendo noſtro obbligo d'andarvi innanzi, ed eſſervi guida anco in così fatta occaſione.*

Simplex peregrinatio ad Jubilæum conſequendum non ſufficit.

§. 12. Huc uſque noſtram hanc Encyclicam Literam producere, tandemque finem imponere meditabamur; verùm, præter ſpem a Nobis præconceptam, multa adhuc ſupereſſe animadvertimus. Patres Synodi ſecundæ Cabilonenſis *anno* 813. *in Canone* 45. apud Harduinum *tom.* 4. *pag.* 1039. *ſuæ Collectionis*, nonnulla recenſent abſurda, quæ eorum ætate, occaſione rei, de qua agimus, invaluerant, &

12. Qui penſavamo che poteſſe terminare queſta noſtra lettera Enciclica; ma riconoſciamo d'eſſercì ingannati. I Padri del Concilio Cabilonenſe ſecondo, tenuto *l'anno* 813. *nel tomo* 4. della Collezione d'Arduino *alla pag.* 1039. *Can.* 45. ci rappreſentano alcuni inconvenienti, che erano ne' loro tempi nella materia, di cui ſi tratta, e che pur troppo ancor oggi è facile, che ſi poſſano ritrovare = *Nam*

quæ fortaſſe noſtris etiam temporibus poſſent obrepere. *Nam & a quibuſdam*, inquit Canon, *qui Romam, Turonumve, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt Presbyteri, & Diacones, & cæteri in Clero conſtituti, qui negligenter viventes, in eo purgari ſe a peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominùs laici, qui putant ſe impune aut peccare, aut peccaſſe, quia hæc loca frequentant. Sunt adeo vecordes, ut putent, ſe ſanctorum locorum ſolâ viſitatione a peccatis purgari.* Alia item ſequentium temporum abſurda, ex quibus Fidelium Peregrinationes ſuo fruſtrantur effectu, commemorat Abbas Albertus Stadenſis in Chronico: *Vix aliquos vidi, vel nunquam, qui redierint meliores de tranſmarinis partibus, vel de Sanctorum Liminibus.* Ut hiſce malis occurrant Patres Cabilonenſes, remedia præſcribunt, verbis, quæ ſequuntur: *Qui verò peccata ſua Sacerdotibus, in quorum ſunt Parochiis, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum Limina, vel quorumlibet Sanctorum inviſere deſiderant, horum eſt devotio modis omnibus collaudanda.* Nec remedia diſſimulat Abbas Stadenſis, inquiens: *Puto ex eo hoc provenire, quod debitâ devotione nec exeunt, nec redeunt; debent enim tali cogitatione proficiſci, quaſi eſſent de ſæculo migraturi.* Et Nos igitur, ne Apoſtolici miniſterii partes negligamus, alieno exemplo edocti, malis omnibus avertendis, & iis ſtatuendis, quæ ad Indulgentiarum fructum percipiendum neceſſaria ſunt, animum intendamus oportet.

*& a quibuſdam, qui Romam, Thuronumve, & alia quædam loca ſub prætextu orationis inconſultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt Presbyteri & Diacones, & cæteri in Clero conſtituti, qui negligenter viventes, in eo purgari ſe a peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant ſe impunè aut peccare, aut peccaſſe, quia hæc loca frequentant. Sunt adeo vecordes, ut putent, ſe ſanctorum locorum ſola viſitatione a peccatis purgari.* Di altri diſordini ne' ſecoli ſuſſeguenti parla l' Abbate Alberto Stadenſe nella ſua Cronaca: *Vix aliquos vidi, vel nunquam, qui redierint meliores vel de tranſmarinis partibus, vel de Sanctorum liminibus.* Non laſciano i Padri Cabilonenſi d'accennare il rimedio; ed ecco le loro parole: *Qui verò peccata ſua Sacerdotibus, in quorum ſunt Parochiis, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſilium acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina, vel quorumlibet Sanctorum inviſere deſiderant, horum eſt devotio modis omnibus collaudanda.* Lo ſteſſo ſi fa dall'Abbate Stadenſe: *Puto ex eo hoc provenire, quod debita devotione nec exeunt, nec redeunt; debent enim tali cogitatione proficiſci, quaſi eſſent de ſæculo migraturi.* Mancheremmo al noſtro Apoſtolico miniſtero, ſe non procuraſſimo di battere le pedate contraſſegnate dai ſopraddetti, non meno per torre di mezzo ogni male, che per mettere tutti quelli, che ſono capaci del frutto dell'Indulgenza, nello ſtato di poterla fruttuoſamente conſeguire.

Inſtructiones, quibus præparandi ſunt populi ad Indulgentiæ valorem æſtimandum.

§. 13. Notum cuique eſt, menſium aliquot ſpatium intercurrere ab eo tempore, quo Anni Jubilæi Bulla Romæ evulgatur, ad ipſa Sacri Jubilæi Anni primordia; quandoquidem, juxtà veterem Eccleſiæ diſciplinam, ipsâ Nativitatis Domini Vigiliâ, quæ Bullæ indictionem conſequitur, Porta Sancta aperitur, & Jubilæi Annus tunc primùm incipit. Hoc menſium aliquot intervallum, otioſum abire non patimur; eo namque utimur, ut interim in variis Urbis Romæ partibus Miſſiones habeantur, quarum utilitatem ſatis commendavimus in Paſtoralibus noſtris Edictis, quæ Nobis ad Archiepiſcopalis Eccleſiæ regimen Bononiæ commorantibus elucubrata ſunt, ac typis edita; moxque in Latinum ſermonem tranſlata, iterum recuſa ſunt. Illud verò Evangelicis Miſſionum Operariis inculcamus, ut Catecheſes ad populum habeant, in quibus Catholicam de Indulgentiis ac univerſali Jubilæo doctrinam explicent, iis poſthabitis quæſtionibus, quæ ad puram putamque diſceptationem, a Polemicæ vel Moralis Theologiæ Tractatoribus agitantur. Satis enim erit fideli populo, ſi bene norit, Sacramento Pœnitentiæ, modò quis bene illo utatur, culpam pœnamque æternam dimitti; temporalem verò pœnam univerſam perrarò tolli, quæ idcirco aut ſatisfactoriis operibus in hac vita, aut poſt obitum Purgatorii igne ſupereſt eluenda: ut docet ſacra Synodus Tridentina *ſeſſ. 6. cap. 14. & Can. 30. ejuſdem ſeſſionis, ſub titulo de Juſtificatione.* Satis item erit, ſi Chriſtianæ plebi innoteſcat, adeſſe in Eccleſia indeficientem theſaurum, ex immenſa meritorum Chriſti copia conflatum, cui & alia Sanctorum accedunt merita; hujuſce verò theſauri diſpenſationem, ab eodem Chriſto Domino, ejus in terris Vicario, hoc eſt Romano Pontifici fuiſſe concreditam; ideoque provido Romani Pontificis conſilio, juſtis cauſis ita ſuadentibus, modò ampliorem, modò contractiorem fieri poſſe meritorum applicationem, ſive per modum Abſolutionis

13. Come è noto ad ognuno, corre lo ſpazio d'alcuni meſi fra la pubblicazione della Bolla dell'Anno Santo, che ſi fa qui in Roma, ed il principio della plenaria Indulgenza; non aprendoſi la Porta Santa, giuſta l'antico ſtile, che nella vigilia del Natale dell'anno precedente all' Anno Santo. Non intendiamo di perdere il ſopradetto tempo intermedio. D'eſſo ci prevaliamo per far fare nella noſtra Città di Roma in varie parti le Miſſioni, dell'utilità delle quali abbiamo abbaſtanza ragionato nei noſtri Editti Paſtorali dati alle ſtampe, quando eravamo reſidenti nella noſtra Chieſa Arciveſcovile di Bologna, e che ſono anche dipoi ſtati tradotti e dati alle ſtampe in lingua latina. Ai Miſſionarj inculchiamo lo ſpiegare al popolo in forma di Catechiſmo le Cattoliche verità nella materia delle ſacre Indulgenze, e del Giubbileo univerſale, ſenza entrare in diſputa particolare o di Teologia Polemica, o di Teologia Morale; dovendo baſtare al popolo il ſapere, dimetterſi nel Sagramento della Penitenza ben adoprato la colpa, unitamente colla pena eterna; ma non ſempre, anzi rade volte dimetterſi la pena temporale da ſoddisfarſi o in queſta vita, o nell'altra nel Purgatorio, come ſi vede *nel cap. 14. della ſeſſ. 6.* del Sacro Concilio di Trento, e *nel Can. 30.* della ſteſſa Seſſione ſotto il titolo *de Juſtificatione*; eſſervi nella Chieſa un ineſauſto teſoro compoſto della ſovrabbondanza de' meriti di Criſto, e de' Santi; eſſerne ſtata commeſſa da Gesù Criſto la diſpoſizione al ſuo Vicario in terra, che è il Romano Pontefice; poterne eſſo fare o più reſtretta o più larga applicazione, concorrendovi giuſte e legittime cauſe, o a pro de' vivi per modo di aſſoluzione, o a pro de' morti per modo di ſuffragio, purchè i primi abbiano colla penitenza conſeguito la delezione del peccato e della pena eterna, ed i ſecondi ſiano paſſati da queſta all' altra vita in grazia del Signore; eſſere la detta applicazione quella, che chia-

pro vivis, ſive pro mortuis per modum ſuffragii: ſi tamen viventes culpam, pœnamque æternam per pœnitentiam deleverint; defuncti verò, Deo in charitate conjuncti ex hac vita migraverint. Porro hæc meritorum applicatio, Indulgentiæ nomine donatur, quam quiſquis ritè conſequitur, a temporali peccatorum pœna liberatur pro menſura applicationis, quam legitimus Diſpenſator conceſſit, ac definivit; ut legimus in Summorum Pontificum Conſtitutionibus, ac, præ cæteris, in celeberrima Decretali Leonis X. Prædeceſſoris noſtri ad Cardinalem Thomam de Vio, aliàs Cajetanum, quo tempore Legati Apoſtolici munere in Germania fungebatur. Ex quo ſequitur, ut Chriſtifidelibus utilis admodum ſit Indulgentiarum uſus, ideoque diro anathemate damnanda ſit prava illorum ſententia, qui aut Indulgentiarum utilitatem denegant, aut Eccleſiæ Indulgentias conferendi adimunt poteſtatem; ut ſtatuit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. in Decreto de Indulgentiis.* Poſtremò monendus erit Chriſtianus populus, Indulgentiam Anni Jubilæi Plenariam eſſe, atque ab aliis item Plenariis, quæ etiam per modum Jubilæi diſpenſantur, ſecerni, quòd Sacro Jubilæi Anno Confeſſariis ad id muneris deſignatis amplior tribuatur facultas cum abſolvendi a peccatis, tum diſpenſandi ſuper vinculis ac impedimentis quibuſdam, quibus non ſemel pœnitentium conſcientia irretitur.

miamo Indulgenza, che conſeguita nelle dovute forme, libera dalla pena temporale a miſura della conceſſione ed applicazione, che ſi fà da chi ha l'autorità di concedere, di diſpenſare, e di applicare; come ſi legge nelle Lettere Apoſtoliche de' Sommi Pontefici, e nella famoſa Decretale del noſtro Predeceſſore Leone X. al Cardinale Tommaſo de Vio, detto Gaetano, quand'era Legato Apoſtolico nella Germania: e però eſſer molto utile al popolo Criſtiano l'uſo delle Indulgenze, ed eſſer degni d'anatema tutti coloro, che hanno ardire di dire, eſſer eſſe inutili, o non eſſere nella Chieſa la poteſtà di conferirle, come ſi legge nel Sacro Concilio di Trento *alla ſeſſ.* 25. nel Decreto *de Indulgentiis*: eſſere finalmente l'Indulgenza dell'Anno Santo Indulgenza Plenaria, e diſtinguerſi dalle altre Plenarie Indulgenze, anche date per modo di Giubbileo, per la maggiore ampiezza che ſi dà ai Confeſſori di aſſolvere dai peccati, e di ſciogliere colla benignità delle diſpenſe alcuni legami, ne' quali talora le coſcienze ſi trovano involte.

Doctrina de' Indulgentiis ex Decretali Leonis X.

§. 14. Omiſſis aliis Summorum Pontificum Conſtitutionibus, quæ cuique obviæ ſunt, eam dumtaxat, quam Leo X. promulgavit, hic duximus exſcribendam. Sic verò habet: *Per præſentes tibi ſignificandum duximus, Romanam Eccleſiam, quam reliquæ tamquam Matrem ſequi tenentur, tradidiſſe, Romanum Pontificem Petri clavigerum, ſucceſſorem, & Jeſu Chriſti in terris Vicarium, poteſtate Clavium, quarum eſt aperire Regnum Cælorum, tollendo illius in Chriſtifidelibus impedimenta, culpam ſcilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante Sacramento Pœnitentiæ, pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis ſecundùm divinam juſtitiam debitam, mediante Eccleſiaſticâ Indulgentiâ, poſſe pro rationabilibus cauſis concedere eiſdem Chriſtifidelibus, qui, charitate jungente, membra ſunt Chriſti, ſive in hac vita ſint, ſive in Purgatorio, Indulgentias ex ſuperabundantia meritorum Chriſti, & Sanctorum; & tam pro vivis, quàm pro defunctis, Apoſtolicâ authoritate, Indulgentiam concedendo, theſaurum meritorum Jeſu Chriſti & Sanctorum diſpenſare, & per modum Abſolutionis Indulgentiam ipſam conferre, & per modum ſuffragii illam transferre conſueviſſe; ac propterea omnes tam vivos, quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujuſmodi conſecuti fuerint, a tanta temporali pœna, ſecundùm divinam juſtitiam pro peccatis ſuis actualibus debita, liberari, quanta conceſſæ & acquiſitæ Indulgentiæ æquivalet; & ita ab omnibus teneri, & prædicari debere &c. auctoritate Apoſtolica &c. decernimus.*

14. Tralaſciando le altre Apoſtoliche Coſtituzioni, come ovvie a tutti, Noi porteremo qui la ſopracitata di Leone X. -- *Per præſentes tibi ſignificandum duximus, Romanam Eccleſiam, quam reliquæ tamquam Matrem ſequi tenentur, tradidiſſe, Romanum Pontificem Petri clavigerum, Succeſſorem, & Jeſu Criſti in terris Vicarium, poteſtate clavium, quarum eſt aperire Regnum Cælorum, tollendo illius in Chriſtifidelibus impedimenta, culpam ſcilicet & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidem mediante Sacramento Pœnitentiæ, pœnam verò temporalem pro actualibus peccatis, ſecundùm Divinam juſtitiam debitam, mediante Eccleſiaſtica Indulgentia, poſſe pro rationalibus cauſis concedere eiſdem Chriſtifidelibus, qui charitate jungente membra ſunt Chriſti, ſive in hac vita ſint, ſive in Purgatorio, Indulgentias ex ſuperabundantia meritorum Chriſti, & Sanctorum; & tam pro vivis, quàm pro defunctis, Apoſtolicâ authoritate Indulgentiam concedendo, theſaurum meritorum Jeſu Chriſti & Sanctorum diſpenſare, & per modum Abſolutionis Indulgentiam ipſam conferre, vel per modum ſuffragii ipſam transferre conſueviße; ac propterea omnes tam vivos, quàm defunctos, qui veraciter omnes Indulgentias hujuſmodi conſecuti fuerint, a tanta temporali pœna, ſecundùm divinam juſtitiam pro peccatis ſuis actualibus debita, liberari, quanta conceſſæ & acquiſitæ Indulgentiæ æquivalet, & ita ab omnibus teneri, & prædicari debere &c. auctoritate Apoſtolica decernimus.*

Pœnitentia populis inculcanda, ut Indulgentiæ fructu potiantur.

§. 15. Hæc docuiſſe ſat erit, ut populus ea, quæ ad Indulgentiarum materiem pertinent, ſatis percipiat. Quia verò ſtudendum cum primis eſt, ut Indulgentiarum fructum Fideles conſequantur; hinc ad alia progrediantur oportet, qui ſacrarum Miſſionum miniſterio incumbunt. Apoſtolico inſtructi zelo, in ſæculi corruptelas, quæ longè latèque graſſantur, ſermonem convertant, memores verborum Iſaiæ *cap.* 58. *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Pœnitentiæ neceſſitatem indicant, ac ineluctabilem animæ jacturam urgeant, niſi pœnitentiæ ope crimina deleantur: quò pertinet illud Chriſti

15. Ciò può baſtare pel popolo, ad effetto che reſti iſtrutto di quanto è d'uopo che ſappia in ordine alle Indulgenze. Ma, acciò ſi prepari a conſeguirne il frutto, è d'uopo, che i Miſſionarj paſſino più avanti. Con Apoſtolica dunque libertà inveiſcano contra le corruttele del ſecolo pur troppo pubbliche e notorie, avendo avanti gli occhj le parole d'Iſaia *al cap.* 58.: *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exaltá vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Predichino con Apoſtolico zelo la neceſſità della penitenza, la perdita irreparabile dell'anima, ſe non fanno penitenza de' loro peccati, avendo avanti gli occhj le parole di Gesù Criſto in S.

Domini, Lucæ 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Ad hæc, divinæ miſericordiæ divitias extollant, quæ in eos effunduntur, qui, pravis anteactæ vitæ moribus omnino rejectis, cor novum, novumque ſpiritum ſibi comparant. Interim verò præ oculis habeant ea Domini verba, Ezechielis *cap.* 18. *Convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis, & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum.... Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus; revertimini, & vivite*: Et cap. 33. *Vivo ego, Dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius a via ſua, & vivat.*

Confeſſionum generalium utilitas oſtendenda.

*§.* 16. Propoſitâ virtutis pœnitentiæ neceſſitate, ad Sacramentum Pœnitentiæ ſermonem convertant, atque hortamenta, ac monita ingeminent, ut Fideles hoc ſaluberrimo muniti Sacramento, ad Annum Jubilæi accedant ritè diſpoſiti. Hinc ad validam ac utilem peccatorum Confeſſionem perficiendam populos erudiant; omnimodam neceſſitatem iterandi Confeſſiones pridem irritas explicent; omnemque curam adhibeant, ut ii quoque, qui nullâ neceſſitate obſtrictos ſe putant, ad præterita crimina in Pœnitentiæ Sacramento iterum manifeſtanda, atque ad generalem peccatorum Confeſſionem inſtituendam facilè inducantur. *Licèt non ſit de neceſſitate iterum confiteri eadem peccata, tamen propter erubeſcentiam, quæ eſt magna Pœnitentiæ pars, ut eorumdem peccatorum iteretur Confeſſio, reputamus ſalubre*: verba ſunt Prædeceſſoris noſtri Benedicti XI. in Decretali *Inter cunctas, de Privilegiis*, relata inter Extravagantes communes. Quibus conſona ſcribit S. Carolus Borromæus in ſuis ad Confeſſarios Monitis, quæ Innocentius XII. Prædeceſſor noſter, ut iis, qui Confeſſiones audiunt, exemplo eſſent ac documento, iterum Romæ imprimenda curavit. *Confeſſarii*, ita loquitur S. Carolus, *pro cujuſque perſonæ qualitate, opportuno tempore & loco, ad generalem quamdam Confeſſionem pœnitentes exhortentur, ut per hanc, propoſitâ omni præteritâ vitâ ſibi ob oculos, majori cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potuiſſent in præcedentibus Confeſſionibus accidere, reſarciant.*

Ea commendatur a S. Franciſco Saleſio, a S. Vincentio a Paulo, & ab ipſis Summis Pontificibus.

*§.* 17. Hanc ipſam generalium Confeſſionum utilitatem in ſuorum Operum locis quamplurimis Sanctus Franciſcus Saleſius commendat. Præcipua verò ſunt, multamque redolent ſuavitatem verba illa, quæ ex epiſtola ad Viduam Matronam data, hic repetimus, e Gallico ſermone Latinè reddita: *Accepi literas a Patre tuo, quibus a me poſtulat, ut aliquid, quod animæ ſaluti profuturum ſit, illi aperiam. Lubens, & facilior fortaſſe, quàm par eſt, votis annuo. Quæ illi trado monita, ad duo revocantur capita. Alterum eſt, ſedula ac univerſalis anteactæ vitæ diſcuſſio, quàm generalis Confeſſio, & par pænitentia ſequatur. Hoc enim illud eſt, quod nemo vir ingenuus ante obitum negligit. Alterum in eo verſatur, ut paulatim a mundi illecebris animum ſtudeat avellere.* Ejuſmodi epiſtolæ exemplum inſeritur *tom.* 1. *illius Operum* editionis Pariſienſis *an.* 1669. *pag.* 914. *num.* 6. In Vita Sancti Vincentii a Paulo Fundatoris Congregationis Miſſionis, Italicè ſcripta, multis agitur de fructu, qui a generalibus Confeſſionibus, occaſione ſacrarum Miſſionum, percipitur. Hinc memoratæ Congregationis Regulæ ab Apoſtolica Sede probatæ, inter cætera Inſtituti miniſteria illud enumerant, *Confeſſiones generales totius anteactæ vitæ ſuadere, & excipere.* Eòdem pertinent verba Urbani VIII. relata in Bulla, quæ incipit: *Salvatoris noſtri*, qua Inſtitutum præfatæ Congregationis confirmatur; ita namque generalium

Con-

Luca *al cap.* 18. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Entrino mallevadori della Divina miſericordia a pro di quelli, che laſcieranno le ree antiche coſtumanze, e ſi faranno un cuor nuovo, ed uno ſpirito nuovo; avendo pure avanti gli occhj le parole del Signore in Ezechiele *al cap.* 18. *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis, & facite vobis cor novum & ſpiritum novum, quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus; revertimini, & vivite*: e nel *cap.* 33. *Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius a via ſua, & vivat.*

*16.* Dalla virtù della Penitenza paſſino i Miſſionarj al Sagramento; e coi più fervoroſi inviti non laſcino d'indurre chi gli aſcolta, a prepararſi all'Anno Santo con una fruttuoſa Confeſſione. S'inſtruiſca a ben farla; ſi faccia vedere la neceſſità di ripetere le paſſate mal fatte; e ſi adopri ogni diligenza per indurre anche chi non penſa d'avere neceſſità di ripetere le paſſate, a farne una generale: *Licèt non ſit de neceſſitate iterum confiteri eadem peccata, tamen propter erubeſcentiam, quæ eſt magna pœnitentiæ pars, ut eorumdem peccatorum iteretur Confeſſio, reputamus ſalubre*: ſono parole del noſtro Predeceſſore Benedetto XI. nella ſua Decretale: *Inter cunctas, de privilegiis*, fra le Stravaganti comuni. Ed il gran S. Carlo Borromeo ne' moniti a' Confeſſori, fatti riſtampare in Roma dalla felice memoria d'Innocenzo XII. per regola e norma de' Confeſſori, così ſcriſſe: *Confeſſarii pro cujuſque perſonæ qualitate, opportuno tempore & loco, ad generalem quamdam Confeſſionem pœnitentes exhortentur, ut per hanc propoſita omni præterita vita ſibi ob oculos, majori cum alacritate redeant ad Dominum, ac omnes errores, qui potuiſſent in præcedentibus Confeſſionibus accidere, reſarciant.*

17. Dell'utilità delle predette Confeſſioni generali parla pure S. Franceſco di Sales in molti luoghi delle ſue Opere: ma aſſai proprio della ſua dolcezza è quello, che ſi legge nella ſua lettera prima, ſcritta ad una Dama vedova, che è *nel tom.* 1. delle ſue Opere della ſtampa di Parigi *del* 1669. *alla pag.* 914. *num.* 6., che Noi dall'idioma Franceſe traſportiamo in lingua Italiana: *Mi ſcrive voſtro Padre; e perchè mi comanda di ſcrivergli qualche coſa per la ſalute dell'anima ſua, io lo faccio con molta facilità, e forſe troppo grande. Si riduce il mio avviſo a due punti: Uno, che faccia una penitenza generale. Queſta è una coſa, ſenza la quale niſſun uomo d'onore dee morire. L'altro, che a poco a poco ſi vada diſtaccando dalle affezioni del mondo.* Nella Vita ſcritta in Italiano di S. Vincenzo de Paulis Fondatore della Congregazione della Miſſione, molto ſi tratta del frutto, che ſi ricava dalle Confeſſioni generali nelle Miſſioni: E però nelle Regole del detto Iſtituto, approvate dalla Santa Sede, tra gli altri miniſterj ſi annovera queſto d'inſinuare le dette Confeſſioni: *Confeſſiones generales totius anteactæ vitæ ſuadere & excipere.* Ed il Pontefice Urbano VIII. nella ſua Bolla, che incomincia *Salvatoris noſtri*, colla quale approvò l'Iſtituto della detta Congregazione, nel propoſito delle Confeſſioni generali così ſoggiugne: *Ex quorum felicibus ſucceſſibus*, parla delle funzioni, e miniſterj dell'Iſtituto ivi enunciati,

eviden-

Confeſſionum uſum ac utilitatem commendat: *Ex quorum felicibus ſucceſſibus* ( operum ſcilicet ac miniſteriorum, quæ Congregationis Inſtituto propria ſunt ac peculiaria ) *evidenter apparet, hoc pium Inſtitutum Deo acceptiſſimum, hominibus verò utiliſſimum, prorſuſque neceſſarium eſſe: ex eo enim, licèt non multo abhinc tempore, rarus antea Confeſſionum ſacramentalium, etiam generalium, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ uſus, frequens per Dei gratiam factus eſt.* Hinc Prædeceſſor noſter Innocentius XII. ſecum reputans graviores defectus, qui ex irrito præteritarum Confeſſionum uſu poſſunt occurrere; in ea, quam poſt indictum Jubilæi Annum evulgavit Inſtructione, hiſce verbis a Nobis latinè redditis, quemlibet peregrinorum hortatur, ut ante diſceſſum univerſa anteactæ vitæ crimina iteratò aperiat in foro ſacramentali: *Diſceſſurus, validam, ac generalem Confeſſionem præmittat; ac moneatur, ut, hac oblatâ occaſione, id non negligat: ut nimirum medeatur languoribus, quibus Confeſſiones pridem habitæ fortaſſe laborant.* Sanè conſcientiarum moderatores uno ore conveniunt, multam ex generalium Confeſſionum uſu percipi utilitatem. Ita namque univerſa vitæ ratio animo obverſatur: ex quo hominis timor ac humilitas; major in peccatum horror inſurgit; augentur vires, ut quidquid ad malum provocat, propulſetur; jucundiſſima pax & tranquillitas animo accedit; &, quæ præteritis Confeſſionibus illata ſunt, damna ſarciuntur.

*evidenter apparet, hoc pium Inſtitutum Deo acceptiſſimum, hominibus verò utiliſſimum, prorſuſque neceſſarium eſſe: ex eo enim, licèt non multo ab hinc tempore, rarus anteà Confeſſionum Sacramentalium, etiam generalium, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ uſus, frequens per Dei gratiam factus eſt.* E nel propoſito della preparazione all'Anno Santo il Noſtro Predeceſſore Innocenzo XII. nella Iſtruzione, che fece, quando lo pubblicò, riflettendo ai difetti, che poſſono eſſer occorſi ai penitenti nelle precedenti Confeſſioni, eſortò colle ſeguenti parole quelli, che penſavano di venire a Roma per conſeguirne l'Indulgenza, a fare prima d'intraprendere il viaggio, la Confeſſione generale: *Faccia prima della partenza una valida Confeſſione generale; ſi eſorti a praticarla in queſta occaſione, per ſupplire ai difetti, che avrà forſe commeſſi nelle Confeſſioni paſſate.* E' maſſima comune Dei Direttori delle coſcienze, eſſere la Confeſſione generale molto utile, perchè rappreſenta l'uomo a ſe ſteſſo, acciò s'umilii, produce un maggior orrore del peccato, procura nuove forze da ſuperare le tentazioni, porta una ſoaviſſima pace e tranquillità di coſcienza, e ſuppliſce a quanto alle volte mancò nelle paſſate Confeſſioni.

Multum verò intereſt, ut Confeſſarii munus ſuum rectè calleant & adimpleant.

§. 18. Haud ignoramus, ſacramentales Confeſſiones, ſive pro quotidianis exceſſibus inſtituantur, ſive fruſtraneas repetant, ſive univerſa vitæ crimina in unum colligant, eo, quem expectamus, & ſummopere expetimus, fructu cariturus, niſi a probis, doctis, ac in ſana Eccleſiæ doctrina ritè inſtructis pœnitentiæ Miniſtris excipiantur. Quo tempore Archiepiſcopalis Eccleſiæ Bononienſis regimini Nos ipſi præfuimus, nullum in Pœnitentiæ Miniſtrum delegimus, quem aut Nos, aut alii coram Nobis, prævio examine, non probaverint; ut ſcilicet ſolidum de moribus ac doctrina ſuppeteret teſtimonium. Neque verò indefinitam ad Confeſſiones audiendas cuiquam tribuimus auctoritatem, ſed certo, ac brevi temporis ſpatio circumſcriptam conceſſimus; ut ſemel probati iterum examini ſubjicerentur, aut a Nobis ipſis, aut Nobis adſtantibus perficiendo. Hoc autem ſicut multam Confeſſariis moleſtiam, ita magnam pœnitentibus afferebat utilitatem. Jam verò univerſalis Eccleſiæ regimine uſque adeò preſſi, ut illi ferendo penè deficiant vires, examen Confeſſariorum, qui in hac Urbe Roma Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrant, aliorum, de quorum fide ac diligentia Nobis benè ſperare licet, judicio relinquimus; & nonniſi ſemel quotannis, adventante nimirum ſacro Quadrageſimalis jejunii tempore, Concionatoribus, ac Parochis, qui coram Nobis juſſi conveniunt, ea omnia, quæ eorum muneri, ac animarum ſaluti expedire videntur, ſignificamus. Sed longè major ac potior Nos urget ratio, ut occaſione Anni Jubilæi, qui propediem venturus eſt, Confeſſarios omnes alloquamur, quibus idcirco, eâ, qua poſſumus, verborum vi atque animi contentione, hæc, quæ ſequuntur, monita ac hortamenta præbemus.

18. Ben vediamo, che, dovendoſi fare o ſemplici ed ordinarie Confeſſioni, o dovendoſi ripetere le mal fatte, o dovendoſi fare Confeſſioni generali, ſe non ſono le Confeſſioni ricevute ed inteſe da Confeſſori, che ſiano uomini da bene, e periti, ed iſtrutti delle vere maſſime della Chieſa, non ſe ne ricaverà quel frutto, che ſi brama, e ſommamente ſi deſidera. In tutto il tempo, che ſiamo ſtati reſidenti nella Noſtra Chieſa Arciveſcovile di Bologna, non abbiamo data a veruno la facoltà di confeſſare, ſe non dopo averlo Noi ſteſſi eſaminato, o fatto eſaminare da altri alla noſtra preſenza, per aver contezza della ſua perizia, e delle ſue maſſime: nè abbiamo mai data licenza illimitata di confeſſare, ma riſtretta a tempo limitato e breve, acciò gli eſaminati ed approvati una volta, doveſſero di nuovo ritornare ſotto l'eſame noſtro, o da farſi di nuovo alla preſenza noſtra; il che quanto era incomodo ai Confeſſori, altrettanto era giovevole al buon regime delle anime. Ora che ſiamo oppreſſi dall' ormai inſopportabile peſo del regime della Chieſa univerſale, ſiamo obbligati a commettere l'eſame de' Confeſſori di queſta noſtra Città di Roma ad altri, che poſſiamo ſperare non manchino al loro dovere, ed a tutta l'eſatta diligenza: e ſolamente una volta l'anno, quando è vicina la Quareſima, non laſciamo d'eſprimere i noſtri ſentimenti ai Predicatori, ed ai Parrochi convocati avanti di Noi, in tutto ciò, che crediamo opportuno e neceſſario per la ſalute delle anime. Ora poi, che è imminente l'Anno Santo, chiamiamo avanti di Noi tutti i Confeſſori, a'quali con tutto lo ſpirito, e con tutta quella energia, che poſſiamo, inculchiamo le maſſime ſeguenti.

Ut Pœnitentium conſcientiam inveſtigent, eique apta remedia præbeant.

§. 19. Primo loco monemus, ut meminerint, ſuſcepti muneris partes non implere, immo verò gravioris criminis reos eſſe eos omnes, qui cum in ſacro Pœnitentiæ Tribunali reſident, nullâ tacti ſollicitudine, pœnitentes audiunt, non monent, non interrogant, ſed, expletâ criminum enumeratione, Abſolutionis formam illicò proferunt. Id ſanè a ſolertis

19. La prima, che ſi ricordino, non ſoddisfarſi al proprio dovere, anzi commetterſi un gran mancamento da chi di loro mettendoſi a ſedere nel Tribunale della Penitenza, ſente il penitente con una certa indolenza, nulla ſoggiugne, e finita l'eſpoſizione de' peccati, proffeniſce l'aſſoluzione: eſſendo ciò troppo contrario alla condotta di un Medico perito, a

Medici, qui oleum, ac vinum vulneri infundit, moribus nimis alienum eſt. Equidem Medicum agit quiſquis Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrat; hinc debet nedum criminum circumſtantias, ſed etiam illius, qui in crimina lapſus eſt, indolem ac ingenium ſedulò inſpicere, ut illi præſtò ſit opportunis remediis, ex quibus animæ ſalutem conſequatur. *Sacerdos autem ſit diſcretus, & cautus, ut more periti Medici ſimiliter infundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias, & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat conſilium præbere, & ejuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum*: verbis utimur clariſſimi Prædeceſſoris noſtri Innocentii Papæ III. in Generali Concilio Lateranenſi *Cap. Omnis utriuſque ſexus, de Pœnitentiis & Remiſſionibus.* Conſonat Rituale Romanum a Paulo V. noſtro item Prædeceſſore Apoſtolicâ Conſtitutione probatum, *in tit. de Sacramento Pœnitentiæ*, ubi ſic loquitur: *Si pœnitens numerum, & ſpecies, & circumſtantias peccatorum non expreſſerit, eum Sacerdos prudenter interroget.* Quod ſi Confeſſarius probè norit, pœnitentem aliquibus peccatis gravari, quæ nondum aperuit, ſive ex oblivione, quod imos conſcientiæ receſſus non ſatis exploraverit, ſive ex craſſiori ignorantia, quæ tamen culpâ non vacat, cum putet ſibi licere, quod re ipsâ nefas eſt; è re erit Confeſſarii, ne alioqui neceſſariâ integritate Confeſſio fraudetur, cautè ac prudenter in memoriam pœnitentis revocare, quæ omiſit, illumque monere ac corrigere, ut ritè comparatus Sacramenti Pœnitentiæ fructum percipiat. Ita ſentit S. Bernardinus Senenſis *tom. 2. ſerm. 27. artic. 2. cap. 3. pag. 167.* ubi quæſtione propoſita, *an Confeſſor teneatur diligenter perſcrutari, & examinare conſcientiam peccatoris*, affirmando reſpondet: idque locum habere, ait, non ſolùm in iis, quæ pœnitens *propter negligentiam, vel propter verecundiam* omittit, ſed & in iis, quæ ignorans tacet; *eò quod peccatores ignorant, quæ Dei ſunt: unde ſi Confeſſor audierit aliquid de pœnitente, vel ſcivit per aliquam probabilem conjecturam; id debet pœnitenti ad memoriam reducere; quia poteſt timeri, quod pœnitens ignoret ignorantiâ craſſâ, quæ non excuſat ſecundùm Guillelmum; vel quia fortè non intelligit illud eſſe peccatum; nam, ſecundùm Iſidorum, ignorans quotidie peccat, & ignorat.*

cui il Confeſſore viene raſſomigliato, che deve infondere ſopra le ferite e vino ed olio, deve inveſtigare le circoſtanze e del peccato e del peccatore, per potergli dare un'opportuno conſiglio, giuſta il quale riceva e conſeguiſca la ſanità dell' anima: *Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, ut, more periti Medici, ſimiliter infundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat conſilium præbere, & ejuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum*: ſono parole d' Innocenzo III. noſtro gran Predeceſſore, nel Concilio Generale Lateranenſe *nel cap. Omnis utriuſque ſexus, de pœnitentiis, & remiſſionibus.* Concorda il Rituale Romano, confermato con Apoſtolica Coſtituzione dall' altro noſtro Predeceſſore Paolo V. ſotto il titolo *de Sacramento Pœnitentiæ*; ed eccone le parole: *Si Pœnitens numerum, & ſpecies, & circumſtantias peccatorum non expreſſerit, eum Sacerdos prudenter interroget.* E di più ſe il Confeſſore ſa, che dal Penitente ſi commettono alcuni peccati, de' quali eſſo non ſi accuſa, o perchè, volontariamente ingannando ſe ſteſſo, ſi luſinga che ciò, che fa, non ſia peccato; il Confeſſore che è obbligato d'aver cura dell'integrità della Confeſſione, dee con buona maniera ridurgli a memoria ciò, che tralaſcia, correggerlo, ammonirlo, inducendolo ad una vera penitenza. Così la diſcorre S. Bernardino da Siena *al tom. 2. ſerm. 27. artic. 2. cap. 3. pag. 167.*, ove propoſtaſi la queſtione: *An Confeſſor teneatur diligenter perſcrutari, & examinare conſcientiam peccatoris*; riſponde di sì: e dice, ciò doverſi fare non ſolo in quelle coſe, che il Penitente tace *propter negligentiam, vel propter verecundiam*, ma anche in quelle, che tace per ignoranza, *eò quod peccatores ignorant quæ Dei ſunt: unde ſi Confeſſor audierit aliquid de Pœnitente, vel ſcivit per aliquam probabilem conjecturam, id debet Pœnitenti ad memoriam reducere, quia poteſt timeri, quod Pœnitens ignoret ignorantia craſſa, quæ non excuſat, ſecundum Guillelmum; vel quia fortè non intelligit illud eſſe peccatum, nam, ſecundum Iſidorum, ignorans quotidie peccat, & ignorat.*

Scriptorum communis doctrina in hac materia.

§. 20. Obvia hæc ſunt apud Theologos, ne iis quidem exceptis, qui inter rigidioris diſciplinæ magiſtros enumerandi non ſunt. Non enim res hic agitur de ignorantia, ut ajunt, invincibili juris poſitivi, ex qua pœnitens in abſurdum quidpiam, uni Confeſſario notum, prolapſus eſt; & ſi fortè, quod pœnitens ignorat, monitus diſceret, gravioris mali occaſio inde ſequi poſſet: ſed vincibilis ignorantia locum habet; cum pœnitens aut crimina ignoret, quæ tamen noſſe debet; aut in iis verſetur facti circumſtantiis, quæ Confeſſario diſſimulante, peccatorem in pravo opere obfirmant, non ſine aliorum ſcandalo; cum quis arbitretur, ea ſibi licere, quæ ab iis, qui Eccleſiæ Sacramenta frequentant, impunè exerceri animadvertit. Hiſce in caſibus concors Theologorum ſententia eſt, Confeſſarium teneri monitis ac interrogationibus pœnitenti opem ferre, quamvis inde pœnitentis triſtitiam ſecuturam agnoſcat. Quod ſi Confeſſarii monitis par exitus tunc non reſpondeat, adhuc ſperare licet, ea in poſterum, adjuvante Domino, profutura. Inter Theologos, qui aut Prædicatorum Ordini accenſentur, aut Divi Thomæ doctrinæ ſubſcribunt, conſulantur Soto *in 4. Sententiar. diſtinct. 18. quæſt. 2. tit. 4.* ac Sylvius *in 3. part. Divi Thomæ tom. 4. quæſt. 9. art. 2.*

20. La materia è pure ovvia appreſſo i Teologi, come può vederſi ne' libri anche di quelli, che certamente non meritano di eſſere annoverati nel numero di troppo rigidi. Imperocchè, non trattandoſi ora d' ignoranza invincibile di qualche jus poſitivo, da cui ſia derivato un diſordine, che è noto al Confeſſore, e che non è noto al Penitente, ed a cui ſe foſſe notificato, ne potrebbe ſuccedere qualche grave inconveniente; mà trattandoſi ora d'ignoranza vincibile, d' azioni, che ognuno deve ſapere eſſer peccaminoſe, di coſe, che traſcurate dal Confeſſore, danno fomento al Penitente di continuare nel ſuo pravo coſtume, ed agli altri o di ſcandalizzarſi, o di prendere le dette coſe come indifferenti, giacchè vedono praticarſi con molta franchezza da quelli, che frequentano i Sagramenti della Chieſa: ſono concordi i Teologi nell' aſſerire, eſſere il Confeſſore obbligato ad interrogare, ed ammonire il Penitente, nulla curando il diſpiacere, che, ammonendolo, gli darà, e dovendo ſperare, che ſe forſe allora l'ammonizione non ſarà del tutto profittevole, lo ſarà una volta coll' ajuto di Dio. Fra gli Autori Domenicani, o ſeguaci della Dottrina di S. Tommaſo, può vederſi il Soto *in quartum Sententiarum diſt. 18. quæſt. 2. al tit. 4.* il

*ad 7.* Inter Franciſcanæ Familiæ alumnos, cæteroſque Scoti diſcipulos, Cardinalis de Lauræa *in 4. Sentent. tom. 2. de Sacrament. Pœnitent. diſputat. 21. artic. 3. num. 64. & ſequentibus.* Inter Societatis Jeſu Scriptores, Suareſius *in 3. part. D. Thomæ diſputat. 32. ſect. 3. & 4. tom. 4.* Teophilus Raynaudus *tom. 16. Heteroclit. ſpiritual. punct. 9. num. 4.* Gabriel Antonius *tractat. de Pœnitent. artic. 3. quæſt. 3.* & Cardinalis de Lugo *de Sacrament. Pœnitent. diſputat. 22. ſect. 2.* ubi animarum ſalutis ſtudio fervens, multa in rem hanc profert contra Epiſcoporum, Prælatorum, Principum, ac Gubernatorum deſides Confeſſarios, qui licèt in ſacro Pœnitentiæ foro nullam de publicis criminibus accuſationem excipiant, taciti quieſcunt, nullâque hortatione præmiſsâ, præcipiti judicio Abſolutionis beneficium diſpenſant. *Infero ſecundò,* ſic ille loquitur, *quid dicendum ſit de obligatione, quam habent Confeſſarii Prælatorum, Principum, Gubernatorum, & ſimilium, quando vident, aut ſciunt, ipſos non ſatisfacere revera ſuo debito circa collationem beneficiorum, electionem miniſtrorum, ſubditorum gubernationem, circa eleemoſynas ex ſuperfluis faciendas de redditibus Eccleſiaſticis, & alia ſimilia: de quibus illud notandum eſt, raró contingere, quod ignorantia ſit invincibilis, & inculpabilis; item raró contingere, quod ignorantia illa non afferat ſecum ſcandalum in ſubditis, qui facilè putant licita, quæ a Prælatis & Principibus fieri vident; vel certè non afferat damnum commune. Quare regulariter Confeſſarius tenetur admonere pœnitentem, quicumque ille ſit, de ſua obligatione: nec ſatisfacit ſuo muneri, abſolvendo a peccatis, quæ pœnitens dicit, ſed potiùs imponit ſuis humeris peccata cætera & errores, quos in pœnitente diſſimulat, & cæco cæcum ducente, ambo in æternam foveam cadent. Si formidet ergo potentis faciem, non aſſumat ſibi Paſtoris officium; ſed modeſtè ſe excuſet tamquam minùs aptum ad illud onus portandum.* Quæ quidem ſaluberrima Cardinalis de Lugo ſententia, non ſolùm eos Sacramenti Miniſtros complectitur, qui Epiſcoporum ac Principum Confeſſiones excipiunt, ſed pari jure eos omnes Confeſſarios perſtringit, qui pœnitentes audiunt, quorum mores, ac vitæ exempla in proxima peccati occaſione verſantur, ſin minùs in externis actibus, ſaltem in pravis cupiditatibus, ac moroſis delectationibus, quibus aſſentiri conſueverunt, neque interim ullâ tanguntur curâ, ut miſerum criminoſæ vitæ ſtatum aperiant.

Silvio *in tertiam partem D. Thomæ tom. 4. quæſt. 9. artic. 2. queſito 7.* Fra li Franceſcani, e ſeguaci della dottrina di Scoto, il Cardinal de Laurea *in quartum librum Sententiarum tom. 2. de Sacramento Pœnitentiæ diſput. 21. art. 3. num. 64.* cogl' altri, che ſieguono. E fra i Padri della Compagnia di Gesù il Suarez *in tertiam partem D. Thomæ diſput. 32. ſectione 3. & 4. tom. 4.* Teofilo Raynaudo *tom. 16. Heteroclit. Spiritual. punct. 9. num. 4.*, Gabriele Antonio *Tractatu de Pœnitentia artic. 3. quæſt. 3.* Il Cardinal de Lugo *de Sacramento Pœnitentiæ diſput. 22. ſeſſ. 2.*, ove al noſtro propoſito con molto zelo inveiſce contra i Confeſſori de' Veſcovi, e de' Prelati, de' Principi, e de'Governatori, che intendendo le loro Confeſſioi, e vedendo che non parlano de'loro pubblici mancamenti, tacciono, non ammoniſcono, e danno francamente l' aſſoluzione. *Infero ſecundò, quid dicendum ſit de obligatione, quam habent Confeſſarii Prælatorum, Principum, Gubernatorum, & ſimilium, quando vident, aut ſciunt, ipſos non ſatisfacere revera ſuo debito circa collationem Beneficiorum, electionem Miniſtrorum, Subditorum gubernationem, circa eleemoſynas ex ſuperfluis faciendas de redditibus Eccleſiaſticis, & alia ſimilia; de quibus illud notandum eſt, raró contingere, quod ignorantia illa non afferat ſecum ſcandalum in Subditis, qui facilè putant licita, quæ a Prælatis, & Principibus fieri vident; vel certè non afferat damnum commune; quare regulariter Confeſſarius tenetur admonere Pœnitentem, quicumque ille ſit, de ſua obligatione; nec ſatisfacit ſuo muneri abſolvendo a peccatis, quæ pœnitens dicit, ſed potius imponit ſuis humeris peccata cætera, & errores, quos in Pœnitente diſſimulat, & cæco cæcum ducente, ambo in æternam foveam cadent. Si formidet ergo potentis faciem, non aſſumat ſibi Paſtoris officium; ſed modeſtè ſe excuſet tamquam minus aptum ad illud onus portandum.* E queſto ſavio inſegnamento del Cardinal de Lugo non dee eſſere riſtretto ai ſoli Confeſſori de' Veſcovi, de' Prelati, de' Principi, ma, ſe non con maggiore, almeno con egual ragione deve eſtenderſi a tutti quelli, che ſentono le Confeſſioni di que' Penitenti, la vita pubblica de' quali non è diſgiunta da qualche proſſima occaſione di peccare, ſe non riſpetto agli atti eſterni, almeno riſpetto ai pravi deſiderj, e alle moroſe dilettazioni, del qual ſiſtema di vivere eſſi non ſi accuſano.

In caſibus dubiis, ne temerè, aut ex privata opinione de iis judicetur.

§. 21. Alterum pro Confeſſariis monitum illud eſt, ut, ſi fortè contingat (ſolet autem frequentiùs contingere) Confeſſionis Miniſtrum aliquid a pœnitentibus audire, quod peculiari examine dignum ſit, caveat, nè, divinando, reſpondeat; ſed, opportuno tempore ac conſilio primùm adhibitis, rem expediat. Optandum ſanè eſſet, ut quilibet Confeſſarius eâ polleret ſcientiâ, quam eminentem appellant: verùm, cum hæc dos paucorum ſit, neceſſe omnino eſt, ut competenti ſaltem ſcientiâ ſit inſtructus. Nec meliora ſperare licet; cum Moralis Theologia tot tantaſque quæſtiones, quæ a ſacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum notitia pendent, complectatur, ut ardua planè res ſit, poſſe aliquem omnia ſimul benè noſſe, atque illico nodos quoſcumque diſſolvere; ut ii ſolent, qui eminenti ſcientiâ præfulgent. Sat igitur erit, ſi inferioris notæ Confeſſarii, ope librorum, quos conſulant, difficiliora quædam, quæ in Sacramenti adminiſtratione occurrunt, ritè expediant; ut ſcitè animadvertit Prædeceſſor noſter Innocentius IV. *in Commentariis ad Cap.*

21. La ſeconda coſa ſi è, che ſuccedendo, come pur troppo va ſuccedendo, che il Confeſſore nel ſuo miniſtero di confeſſare intenda dal Penitente qualche coſa, che abbia biſogno di qualche diſcuſſione, eſſo non tiri ad indovinare, ma prima di riſpondere prenda tempo, e conſiglio. Sarebbe deſiderabile in ogni Confeſſore una eminente letteratura, ma una competente e ſufficiente letteratura è aſſolutamente neceſſaria: nè forſe di più ſi può ſperare, comprendendo la morale Teologia tante, e tali queſtioni, che dipendono dalla notizia de' Canoni, e delle Coſtituzioni Apoſtoliche, che è moralmente impoſſibile, che un uomo abbia preſente tutto, e poſſa, come ſuol dirſi, riſpondere in piedi a tutto, come dee fare chi ha una ſcienza eminente, ſenza aver biſogno di ricorrere ai libri, come fa chi ha una ſcienza ſolo ſufficiente; giuſta ciò, che riflette il noſtro Predeceſſore Innocenzio IV. *nei Commenti al Cap. Cum in cunctis al num. 2.* *ſotto il titolo de electione, & electi poteſtate,* ove così ſcrive: *Scientiam autem reputamus eminentem, quæ ſubtiles quæſtiones diſcutere, & definire*

*Cum in cunctis*, *num.* 2. *ſub. tit. de electione*, *&* *electi poteſtate*, ubi ſic loquitur : *Scientiam autem reputamus eminentem*, *quæ ſubtiles quæſtiones diſcutere & definire novit*, *& in promptu reſponſiones habet*, *ille habet mediocrem*, *qui ſcit aliquo modo examinare negotia*, *quamvis ad omnia neſciat reſpondere*, *& qui in libris veritatem eorum*, *quæ ſcire tenetur*, *ſcit quærere*, *& ſic in promptu omnia non habet.* Cum igitur aut difficilior, aut nova quædam facti ſpecies ad Confeſſarium defertur, ideoque libros evolvere illi neceſſe ſit, non ſine ſobrietate, ac librorum delectu id agendum. Notum quippe eſt, in tanto Scriptorum numero aliquos prodiiſſe, quorum opinio ac ſententia Evangelicæ ſimplicitati, ac Sanctorum Patrum doctrinæ non benè conſonat. *Complures opiniones* (verbis hic utimur Prædeceſſoris noſtri Alexandri VII. in Decreto edito *die* 7. *Septemb.* 1665.) *Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas*, *& animarum perniciem inferentes*, *partim antiquas iterum ſuſcitari*, *partim noviter prodire*, *& ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere*, *per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino ab Evangelica ſimplicitate*, *Sanctorumque Patrum doctrina*, *& quem ſi pro recta regula Fideles in praxi ſequerentur*, *ingens eruptura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela.* Nolumus hac in re preſſiorem ſermonem inſtituere; nolumus vexatiſſimas quæſtiones, quæ circa Scriptorum fidem, eorumque doctrinæ integritatem agitantur, attingere. Sat erit Confeſſarios monuiſſe, ut in re dubia propriæ opinioni non innitantur; ſed, antequam cauſam dirimant, libros conſulant quamplurimos, eos cum primis, quorum doctrina ſolidior; ac deinde in eam deſcendant ſententiam, quam ratio ſuadet, ac firmat auctoritas. Nec aliud ſanè docuimus in noſtra Encyclica ſuper uſuris, quæ occurrit *ordine* 143. *Bullarii noſtri tom.* 1. ubi §. 8. ita ſcripſimus: *Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant*, *ſed priuſquam reſponſum reddant*, *plures Scriptores examinent*, *qui magis inter cæteros prædicantur*: *deinde eas partes ſuſcipiant*, *quas tum ratione*, *tum auctoritate planè confirmatas intelligent.* Idipſum modo repetimus. Noſtra quippe ſententia non ſolis rei uſurariæ limitibus circumſcribitur, ſed ea omnia complectitur, quæ ſive ad forum Sacramentale, ſive ad rectum conſcientiarum regimen quoquo modo conferre poſſunt.

Videndum quando, & quibus conferenda, neganda, aut differenda ſit abſolutio.

§. 22. Monemus tertiò, ut Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtri illud Venerabilis Cardinalis Bellarmini effatum præ oculis habentes : *Non eſſet tanta facilitas peccandi*, *ſi non eſſet tanta facilitas abſolvendi*, & memores propoſitionum, quas Prædeceſſores noſtri anathematis gladio confixerunt, ac præ cæteris Innocentius XI., qui *die* 2. *Martii* 1679. Propoſitionem *ordine* 60. *cum tribus ſequentibus* proſcripſit, diſcant, quibus in caſibus concedenda, deneganda, aut protrahenda ſit Abſolutio. *Videat autem diligenter Sacerdos*, *quando*, *& quibus conferenda*, *vel neganda*, *vel differenda ſit Abſolutio*; *ne abſolvat eos*, *qui talis beueficii ſunt incapaces*, *quales ſunt*, *qui nulla dant ſigna doloris*, *qui odia*, *& inimicitias deponere*, *aut aliena*, *ſi poſſunt*, *reſtituere*, *aut proximam peccandi occaſionem deſerere*, *aut alio modo peccata derelinquere*, *& vitam in melius emendare nolunt*, *aut qui publicum ſcandalum dederunt*, *niſi publicè ſatisfaciant*, *& ſcandalum tollant.* Verba ſunt hæc, non rigidioris Theologi, ſed Ritualis Romani, quod inſuper Confeſſariis inculcat, ut, ſive denegent, ſive differant Abſolutionem, miti ingenio, ac ſuavi ſermone pœnitentibus cauſas denegatæ Abſolutionis aperiant, ac oſtendant ita expedire, ut animæ ſaluti benè conſulatur.

*novit*, *& in promptu reſponſiones habet*: *ille habet mediocrem*, *qui ſcit aliquo modo examinare negotia*, *quamvis ad omnia neſciat reſpondere*, *& qui in Libris veritatem eorum*, *quæ ſcire tenetur*, *ſcit quærere*, *& ſic in promptu omnia non habet.* Ridotto perciò il Confeſſore nelle queſtioni dubbie, o in quelle, delle quali non ha notizia, a ricorrere ai Libri, non diremo coſa nuova, ſe diremo, eſſervi pur troppo nella gran farragine de' Scrittori, chi penſa o ſcrive in un modo, che è tutto alieno dalla ſemplicità Evangelica, e dalla dottrina de' Padri : *Cum plures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas*, *& animarum perniciem inferentes*, *partim antiquas iterum ſuſcitari*, *partim noviter prodire*, *& ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere*, *per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino ab Evangelica ſimplicitate*, *Sanctorumque Patrum doctrina*, *& quem ſi pro recta regula fideles in praxi ſequerentur*, *ingens eructura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela*: Sono parole del noſtro Predeceſſore Aleſſandro VII. nel ſuo Decreto *dei* 7. *Settembre* 1665. Ma ſenza entrare in verun dettaglio particolare, e nelle ineſtricabili queſtioni, che ſopra il credito degli Autori e delle loro dottrine potrebbero eccitarſi, ci contenteremo di dire, che il buon Confeſſore nelle materie dubbie non dee fidarſi della ſua privata opinione, ma prima di riſpondere ſi contenti di vedere non un ſolo libro, ma ne veda molti, veda fra queſti i più riſpettabili, e poi prenda quel partito, che vedrà più aſſiſtito dalla ragione, e dall' autorità. Così ci ſpiegammo nella noſtra Lettera Circolare ſopra le uſure, che è *la* 143. *nel tom.* 1. del noſtro Bollario *al* §. 8. : *Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant*, *ſed priuſquam reſponſum reddant*, *plures Scriptores examinent*, *qui magis inter cæteros prædicantur*, *deinde eas partes ſuſcipiant*, *quas tum ratione tum auctoritate plane confirmatas intelligent* : Così ora ripetiamo, non dovendo la maſſima eſſer riſtretta alla ſola materia delle uſure, ma dovendo eſtenderſi ad ogni altra coſa, che appartenga al foro Sagramentale, ed alle regole della coſcienza.

§. 22. La terza, che avendo ſempre preſente la maſſima del Venerabile Cardinale Bellarmino, che *non eſſet tanta facilitas peccandi*, *ſi non eſſet tanta facilitas abſolvendi*, e le propoſizioni condannate dai noſtri Predeceſſori, e particolarmente dal Pontefice Innocenzo XI. *nel giorno* 2. *di Marzo* 1679., e fra queſte *la* 60. *colle tre ſeguenti*, prendano le dovute riſoluzioni di concedere, di negare, o di differire l'aſſoluzione. *Videat autem diligenter Sacerdos*, *quando*, *& quibus conferenda*, *vel differenda ſit abſolutio*; *ne abſolvat eos*, *qui talis beneficii ſunt incapaces*, *quales ſunt qui nulla dant ſigna doloris*, *qui odia*, *& inimicitias deponere*, *aut aliena*, *ſi poſſunt*, *reſtituere*, *aut proximam peccandi occaſionem deſerere*, *aut alio modo peccata derelinquere*, *& vitam in meliùs emendare nolunt*, *aut qui publicum ſcandalum dederunt*, *niſi publicè ſatisfaciant*, *& ſcandalum tollant*: non ſono parole de' rigoriſti, ma del Rituale Romano. Coll'avvertenza in oltre, che, o negandoſi, o differendoſi, o concedendoſi l'Aſſoluzione, non laſcino i Confeſſori o nel caſo di negarla, o di differirla, di far conoſcere ai loro Penitenti, con ogni maggiore piacevolezza e carità, le ragioni del loro operare, indirizzato unicamente alla ſalute delle Anime loro, invitandoli a ritornare, ed

Hinc illos, ut quantocyus revertantur, invitent, atque animos addant, ut ante reditum, ea omnia, quæ illis agenda præſcribuntur, ritè perficiant, ex quo fiet, ut ad ſacramentale forum regreſſi, Abſolutionis beneficio donentur. Ubi verò Abſolutionem concedunt, iis potiſſimùm, qui aut raró, aut non ſine multis criminibus ad Pœnitentiæ Sacramentum ſolent accedere, eos hortari non deſinant; vitam, quam ſub peccati jugo duxere miſerrimam, illis aperiant; criminum turpitudinem explicent: ut nimirum ex corde doleant, ac ſe in poſterum a peccatis receſſuros ſeriò proponant. Ratum quippe eſt, ſolida ac gravia Confeſſariorum hortamenta in Pœnitentiæ foro prolata, longè efficaciora eſſe ſacris Oratorum Concionibus, ut pœnitentis animum a vitiis avocent. Solent enim Concionum auditores, quas aure excipiunt increpationes, in alios potiùs, quàm in ſe ipſos, transferre. Id verò fieri nequit in privatis Confeſſariorum monitionibus, quæ in unum ac individuum pœnitentem cadunt, ac in illius faciem vibrantur, abſque eo quod aut crimina inficiari poſſit, aut excuſare. Nec Confeſſarii reponant, id fieri non poſſe, ſi frequentior pœnitentium numerus ſuadeat brevitatem; jam enim difficultatem diſſolvit aurea illa Sancti Franciſci Xaverii ſententia apud P. Turſellinum *in ejus Vita lib. 6. cap. 17.* hiſce verbis concepta: *Confitentibus porrò, non feſtinatam, ſed diligentem navandam operam cenſebat, monens, ut præoptarent Confeſſiones paucas ritè factas audire, quàm multas temerè properatas.*

Opportuna pœnitentibus monita dari debent.

a fare, prima di ritornare, quanto debbono, per poter, ritornando, ottenere l'aſſoluzione, che loro è ſtata o negata o differita. Concedendo poſcia l'aſſoluzione, e particolarmente a perſone, che rare volte ſi confeſſano, o che vengono al Tribunale della Penitenza cariche di peccati, non tralaſcino d' ammonirle, di far ad eſſe conoſcere il miſerabile ſtato, a cui erano ridotte pe' loro peccati, la bruttezza de' medeſimi, eccitandole ad un vero dolore, e ad un vero propoſito d' aſtenerſi in avvenire dai peccati. E ſappiano eſſere più giovevoli, e profittevoli le ſerie e ſavie ammonizioni del Confeſſore nel Tribunale della Penitenza, di quello che ſiano, per l' effetto, di cui ſi tratta, le Prediche de' zelanti Sacri Oratori, adattando chi le aſcolta per lo più le forti loro invettive agli altri, e non a ſe; il che certamente non può ſuccedere nelle ſerie ammonizioni de' Confeſſori, che parlano, come ſuol dirſi, a tu per tu col Penitente, e dopo che eſſo ha confeſſato i proprj reati. E quando mai ſi diceſſe, eſſer ciò impraticabile per la gran folla de' Penitenti, ſi riſponde col celebre detto di San Franceſco Saverio, riferito dal Padre Turſellino *nel lib. 9. della ſua vita al cap. 17. Confitentibus porro, non feſtinatam, ſed diligentem navandam operam cenſebat, monens, ut præoptarent Confeſſiones paucas ritè factas audire, quàm multas temerè properatas.*

Satisfactio imponenda pro criminum gravitate.

§. 23. Quartum monitum Satisfactionem attingit, quæ Sacramenti Pœnitentiæ poſtrema pars eſt, eaque integralis. Etſi pia Mater Eccleſia humanam commiſerans infirmitatem, primævam ſeveritatem nonnihil emolliverit, atque a Canonum Pœnitentialium uſu receſſerit; quandoquidem, ut legimus *in Can. Fraternitatis, diſt. 34. Defectus noſtrorum temporum, quibus non ſolùm merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſuram*: non ideo tamen fas Confeſſariis ſacramentalem Satisfactionem, pro libito, ac temerè imponere; ſed hac in re juſtitiæ, prudentiæ, ac æquitatis jura debent unà componere. *In irroganda autem ſatisfactionis pœna Sacerdotes nihil ſibi ſuo arbitratu ſtatuendum eſſe, ſed omnia, juſtitiâ, prudentiâ, & pietate dirigenda exiſtimabunt.* Ita ſtatuit Catechiſmus Romanus in Parochorum utilitatem, juſſu Concilii Tridentini elucubratus, & a S. Pio V. Prædeceſſore noſtro in lucem editus, *ſub tit. de Pœnitentia.* Præiverat eadem Synodus Tridentina *in cap. 8. Seſſion. 14. de Pœnitentia*, ubi ſaluberrimam hanc doctrinam ita ſtatuit: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, & convenientes ſatisfactiones injungere, ne, ſi fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut ſatisfactio, quam imponunt, non ſit tantùm ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem; nam claves Sacerdotum non ad ſolvendum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres credunt, & docent.* Ut autem ad acceptandam opportunam ſatisfactionem, quæ a Confeſſariis imponitur, peccatores faciliùs inducantur, multùm proderit Canonum Pœnitentialium notitia, qua Confeſſarius inſtructus, eſto Canones illos in uſum non revocet, poteſt tamen eâ uti, ut pœnarum,

23. La quarta ſi è, che eſſendo l'ultima parte del Sagramento della Penitenza la Satisfazione, ancorchè, compatendo la Santa Madre Chieſa l'umana fiacchezza, abbia rilaſciato l'antico rigore, e ſia receduta dagli antichi Canoni Penitenziali: *Defectus noſtrorum temporum, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſuram*: ſono parole *del Can. Fraternitatis, diſt. 34.*; da ciò però non deriva, che nell'imporla poſſano i Confeſſori giuocare, come ſuol dirſi, a capriccio, eſſendo obbligati a regolarſi anche in queſto punto colla giuſtizia, colla prudenza, e colla pietà: *In irroganda autem ſatisfactionis pœna Sacerdotes nihil ſibi ſuo arbitratu ſtatuendum eſſe, ſed omnia juſtitia, prudentia, & pietate dirigenda exiſtimabunt*, come ſi legge nel Catechiſmo ai Parrochi fatto per ordine del Concilio di Trento, e pubblicato dal noſtro Predeceſſore S. Pio V. *ſotto il tit. de Pœnitentia.* Qual maſſima ſalutevole è ben fondata *nel cap. 8. della Seſſ. 14. de Pœnitentia* dello ſteſſo Concilio di Trento: *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & Pœnitentium facultate, ſalutares, & convenientes ſatisfactiones injungere, ne, ſi fortè peccatis conniveant, & indulgentiùs cum Pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut ſatisfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem; Nam claves Sacerdotum non ad ſolvendum dumtaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres credunt, & docent.* E per indurre i Penitenti ad accettar volentieri le proporzionate ſoddisfazioni, che loro s'impongono dai Confeſſori, non poco può contribuire la notizia, che gli ſteſſi Confeſſori abbiano degli antichi Canoni Penitenziali; non già per imporre oggidì ai Peccatori quelle ſoddisfazioni, che in eſſi vengono ſtabilite, come poc' anzi ſi è detto; ma per poter

quæ olim pro iiſdem criminibus ſtatutæ fuerant, menſuram explicet: Ex quo pœnitens, & ſummam peccatis ineſſe malitiam agnoſcet, & indictæ ſibi ſatisfactioni, quæ gravior alioqui videri potuiſſet, lubens acquieſcet; facta nimirum comparatione cum iis pœnis, quas pro iiſdem criminibus ſubiiſſet, ſi remotiori ætate, cum ſcilicet Pœnitentiales Canones adhuc obtinebant, ad Confeſſarium acceſſiſſet, nec ad ea perveniſſet tempora, quibus veterum Canonum ſeveritatem benignior Eccleſiæ diſciplina emollivit. Atque ita quidem ratiocinantur Scritores quamplurimi pietate ac doctrinâ præſtantes, quorum nomina cum a Nobis *in noſtro Tractatu de Synodo lib. 7. cap. 62.* fuerint relata, ſupervacaneum ducimus ea hic repetere. Illud verò addimus, vitam, moreſque Fidelium, qui noſtrâ ætate ad Pœnitentiæ Sacramentum accedunt, latè diſcriminari ab ea vitæ ratione, quæ inclytam Agnetem, Imperii dignitate, ac pietatis ſtudio conſpicuam, olim commendavit. Cum enim in hanc Urbem, ut ad Sanctorum Apoſtolorum Limina procumberet, ſe contuliſſet, univerſas præteritæ vitæ maculas Beato Petro Damiani, eximio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, aperuit in foro ſacramentali; atque inde receſſit, nullâ a Confeſſario, probitatis ac doctrinæ laude celeberrimo, impoſitâ ſatisfactione.

fondatamente notificare ai Penitenti la pena, o ſia ſoddisfazione, che in eſſi era impoſta: il che non ſolo molto ſervirà per far loro concepire la gravezza del peccato, ma altresì acciò volentieri accettino la ſoddisfazione impoſta, ancorchè l'aveſſero creduta grave; paragonandola con quella, che per gli ſteſſi peccati ſarebbe ſtata loro impoſta, ſe foſſero ſtati vivi, e ſi foſſero confeſſati nel tempo, in cui erano in vigore i Canoni Penitenziali; e non aveſſero avuta la ſorte di vivere ne' tempi preſenti, ne' quali la Chieſa ha benignamente condiſceſo a rilaſciare l'antico Canonico rigore. Così la diſcorrono tanti pii e dotti Autori, da Noi raccolti *nel noſtro Trattato de Synodo al lib. 7. cap. 62.*, che quì non è d'uopo ripetere. Aggiugneremo ſolamente, non eſſere i Penitenti d'oggidì ſimili alla celebre Agneſe Imperadrice, che venuta a viſitare i limini de' Santi Apoſtoli fece al Beato Cardinale Pietro Damiano la ſua Confeſſione generale, ſenza che il beato e dotto Confeſſore, dopo averla ſentita, foſſe in grado d'imporle veruna penitenza.

B. Petrus Damiani nullam Agneti Imperatrici pœnitentiam impoſuit.

§. 24. Præſtat ipſummet Beatum Petrum Damiani *in Opuſculo 56. cap. 5. tom. 3. ſuorum Operum* editionis Pariſienſis *pag. 432.* hac de re diſſerentem, atque in aliorum exemplum ita loquentem audire: *Sed ut hi, qui ad Apoſtolorum Limina confluunt, Sanctæ devotionis tuæ ſalubriter imitentur exemplum, ſub arcana quoque Beati Petri Confeſſione, ante Sacrum Altare me ſedere feciſti, ac per lugubres gemitus, & amara ſuſpiria, ab ipſa quinquennis infantiæ tenera adhuc, & nuper ablactata levitate cœpiſti, & tamquam illic ipſe Beatus Apoſtolus corporaliter præſideret, quidquid ſubtile vel minutum in humanitatis tuæ potuit titillare viſceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid præterea ſubrepere potuit in ſermone ſuperfluum, fidelibus eſt relationibus evolutum: ad quod mihi viſum eſt, ut nil aliud confitenti pœnitentiæ pondus injungerem, niſi ut illud Divinæ legationis elogium iterarem: Age quod agis, operare quod operaris: vel illud, quod his, qui Thiatyræ erant, per Angelum mittitur: Non mittam ſuper vos aliud pondus; tantùm id, quod habetis, tenete* (*Apoc. 2.*). *Nam, Deo teſte, ne unum quidem diem jejunii, vel cujuslibet afflictionis indidi; ſed, ut in cœptis ſolummodò ſanctis perſeverares operibus, imperavi.*

24. Il fatto è riferito dallo ſteſſo Beato Pietro Damiano *nel ſuo Opuſcolo 56. al cap. 5. tom. 3.* delle ſue Opere della ſtampa di Parigi *pag. 432.* *Sed ut hi, qui ad Apoſtolorum Limina confluunt, ſanctæ devotionis tuæ ſalubriter imitentur exemplum, ſub arcana quoque Beati Petri Confeſſione ante ſacrum Altare me ſedere feciſti, ac per lugubres gemitus, & amara ſuſpiria, ab ipſa quinquennis infantiæ tenera adhuc & nuper ablactata levitate cœpiſti; & tamquam illic ipſe Beatus Apoſtolus corporaliter præſideret, quidquid ſubtile vel minutum in humanitatis tuæ potuit titillare viſceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid præterea ſubrepere potuit in ſermone ſuperfluum, fidelibus eſt relationibus evolutum: ad quod mihi viſum eſt, ut nil aliud confitenti pœnitentiæ pondus injungeremus, niſi ut illud Divinæ legationis elogium iterarem: Age quod agis, operare quod operaris; Vel illud, quod his, qui Thiatyræ erant, per Angelum mittitur: non mittam ſuper vos aliud pondus, tantùm id, quod habetis, tenete* (*Apoc. 2.*) *Nam, Deo teſte, ne ullum quidem diem jejunii, vel cujuslibet afflictionis indidi, ſed ut inceptis ſolummodo ſanctis perſeverares operibus imperavi.*

Non ita merentur plerique pœnitentiam.

§. 25. At contra, noſtris hiſce temporibus paſſim occurrunt peccatores (quo nomine cenſemur & Nos, & alii fortaſſe Beati Petri Damiani tempore cenſebantur) qui non jam in generali criminum exomologeſi, ſed & in ipſis Confeſſionibus, quas pluries in anno frequentant, atque identidem repetunt, gravioribus criminibus implicantur; ideoque in ſacro Pœnitentiæ foro eâ ſatisfactione digni ſunt, quæ juxtà Concilii Tridentini Canones peccatorum gravitati commenſuretur: tum maximè, quòd nulla aut ferè nulla bona opera eliciunt, ſi in conſueta vivendi ratione permaneant; nec, ut par eſt, æquo ferunt animo ærumnas, quibus aliquando premuntur: ex quo fit, ut uberiori fructu fraudentur, quem Eccleſiæ preces, Sacerdotis ore in pœnitentes prolatæ, a Deo poſtulant hiſce verbis: *Ut quidquid boni feceris, vel mali patienter ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.*

25. Sono i Peccatori d'oggidì, fra' quali pure Noi ſteſſi ci ritroviamo, e forſe anche altri ſi ritrovavano ne' tempi del Beato Pietro Damiano, che, non ſolo nelle Confeſſioni generali, ma anche nelle Confeſſioni correnti, e ſpeſſe volte reiterate fra l'anno, ſi ritrovano rei di peccati gravi, e che però accoſtandoſi al Tribunale della Penitenza, meritano che s'impongano loro ſoddisfazioni di quel peſo, e di quella importanza di ſopra ricavata dal Sacro Concilio di Trento; tanto più che poco o nulla di bene, vivendo come ſi vive, ſi va facendo, e che ſe tal volta ſono oppreſſi dalle diſgrazie, non le ſopportano colla dovuta pazienza; in tal maniera che reſtano ſenza il frutto delle preghiere della Chieſa, che per bocca del Sacerdote nella ſteſſa Confeſſione domanda dal Grande Iddio, *ut quidquid boni feceris, vel mali patienter ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.*

Adhortatio ad Epiſcopos, ut præmiſſa

§. 26. En igitur, Venerabilis Frater, rerum, quas geſſimus, aut etiam gerendas de-

26. Ed eccovi eſpoſto, o Venerabile Fratello, quanto andiamo facendo, e quanto

*in ſuis Diœceſibus obſervari curent.*

crevimus, ſeriem univerſam tibi propoſitam, ut quotquot noſtram hanc Urbem inhabitant ſanctioris Anni ſpirituales frúctus percipiant. Hoc idem in tua Civitate, ac Diœceſi, te agente, præſtari vehementer cupimus, ut populus tibi concreditus, qui jamjam venturo anno ſacras Peregrinationes ad hanc Urbem ſuſcipiet, par lucrum, eamdemque cœleſtium bonorum copiam aſſequatur. Quæ de ſacramentali Confeſſione a peregrinis ante diſceſſum inſtituenda, hactenus ſignificavimus, Bituricenſe Concilium *anno* 1584. *in Can.* 2. *tom.* 10. Collectionis Harduini *pag.* 1466. *& ſeq.* pridem decreverat hiſce verbis: *Præmuniantur debitâ & integrá peccatorum Confeſſione, & Euchariſtiæ Sacramento, quicumque ad loca ſacra peregrinantur, antequam ire aggrediantur.* Conſonat Prædeceſſor noſter Innocentius XII. in ipſa Indictione Anni Jubilæi 1700. ubi ſalutarem criminum expiationem cum primis urget, atque ita loquitur: *Sanctificamini itaque, filii chariſſimi, & præparate corda veſtra Domino. Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis Dei, & renovati ſpiritu mentis veſtræ, orationibus inſiſtite, frequentate jejunia, eleemoſynas erogate.* Ne autem quis putaret, hæc verba ad eos duntaxat, qui Romæ degebant, extendi, prudenti conſilio alia addidit, quibus illos etiam comprehendit, qui Romam venire parati, a ſuis regionibus nondum receſſerant: *His porrò Chriſtianæ vitæ ornamentis inſtructi, virtutumque præſidiis muniti, impigrè, piáque animi alacritate, ad hanc Sanctam in terris Civitatem Dei, veluti ad Thronum gratiæ, accedite cum fiducia, ut miſericordiam conſequamini.*

andiamo diſponendo, acciò gli Abitatori di queſta noſtra Città ſi preparino a godere il frutto ſpirituale del ſanto Giubbileo. Invitiamo ancor Voi a fare lo ſteſſo nella voſtra Città, e nella voſtra Dioceſi, acciò quelli, che intraprenderanno nel proſſimo anno il pellegrinaggio, o il viaggio per Roma, conſeguiſcano lo ſteſſo frutto. Ciò è conforme a quanto fu ſtabilito dal Concilio Bituricenſe tenuto *l'anno* 1584. *nel Can.* 2. *tom.* 10. della Collezione dell' Arduino *pag.* 1466. *e ſeg.*, ed eccone le parole: *Præmuniantur debita & integra peccatorum Confeſſione, & Euchariſtiæ Sacramento, quicumque ad loca ſacra peregrinantur, antequam ire aggrediantur.* Concorda il noſtro Predeceſſore Innocenzo XII. nella pubblicazione del Giubbileo *dell'anno* 1700., ove gravemente inculca pel di lui acquiſto una fruttuoſa Confeſſione: *Sanctificamini itaque filii cariſſimi, & præparate corda veſtra Domino. Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis Dei, & renovati Spiritu mentis veſtræ, orationibus inſiſtite, frequentate jejunia, eleemoſynas erogate.* Ed acciò non poteſſe taluno credere, che le ſue parole comprendeſſero quelli ſolamente, che erano in Roma, ſoggiunſe providamente le ſeguenti, che ſenza dubbio comprendono anche quelli, che per anche non ſono partiti dai loro paeſi, ma penſano di partirne, e di venire a Roma per l'Anno Santo: *His porrò Chriſtianæ vitæ ornamentis inſtructi, virtutumque præſidiis muniti, impigrè piaque animi alacritate ad hanc Sanctam in terris Civitatem Dei, velutì ad Thronum gratiæ, accedite cum fiducia, ut miſericordiam conſequamini.*

*Quam ſanctè ſe gerere debeant, qui ſacrum iter inire cogitant.*

§. 27. Te verò, modò Paſtoralis officii miniſterium id ferat, ad Urbem hanc accedente, certò confidimus, ut, ſive iter agas, ſive Romæ degas, eam vivendi rationem, quam S. Carôlus Borromæus Anno Jubilei 1575. Romam accedens, Romæque commoratus, ſibi ſervandam conſtituit, ſtudeas æmulari. Sacram hanc optimi Præſulis Peregrinationem deſcribit Carolus a Baſilica Petri, Novarienſis Epiſcopus, *libro tertio* Hiſtoriæ, quam texuit de vita ac geſtis S. Caroli. Si verò, ut par eſt, & Nos ſummopere optamus, e tua Diæceſi populus Romam commigraturus diſcedat, in eam ſpem erigimur, ut, quamdiu peregrinatur, atque hàc illàc divertit, nihil moleſtiæ illaturus ſit iis locorum Præſidibus, quorum intereſt vigili curâ cavere, ne ea ſuboriantur ſcandala, quæ retroactis temporibus anſam nonnullis præbuere, ut contra ſacras Peregrinationes obloquerentur. Cumque Romam pervenerit, omni ſtudio curabimus, ut honeſtam & morigeram vitam ducat, opera injuncta ritè perficiat, Baſilicas adeat, varioſque Chriſtianæ pœnitentiæ actus exerceat. Enimvero teſtis eſt Deus, quo ſtudio, quoque conatu in id incumbamus, ut peregrini omnes, qui ſuas repetent domos, ſanctæ converſationis, quæ Romæ viget, exemplo edocti, in Fide ſtabiles, in virtute fervidi, atque in Apoſtolicæ Sedis obſequio confirmati perſeverent. Quæ Nobis, eadem & Prædeceſſori ac Concivi noſtro Gregorio XIII. inſedit voluntas, cum Jubilæi Annum tunc temporis recurrentem celebraret, ut *ex illius Annalibus lib.* 3. *cap.* 24. compertum eſt. Quibus ita ſtatutis, ſolidam ſpem concipimus, ut, adjuvante Domino, cui rem hanc univerſam humillimis precibus commendamus, peregrini in patriam regreſſi, eâ cenſurâ digni non ſint, qua S. Hieronymus *in epiſt.* 58. *ad Paulinum tom.* 1. *Operum* edition. Veronenſ. *pag.* 318. nonnullos, qui ſacras Peregrinationes in ipſa Jeroſolymorum Urbe confecerant, ita ſugillat: *Non Jeroſolymis fuiſſe,*

27. Venendo Voi, quando lo permetta la voſtra Cura Paſtorale, a Roma, teniamo per certo, che e pel viaggio e per la dimora in Roma prenderete per voſtra norma il ſiſtema, che tenne e pel viaggio ed in Roma S. Carlo Borromeo, allora che venne per l'Anno Santo *del* 1575. Il tutto è deſcritto dal Veſcovo di Novara Carlo a Baſilica Petri *nel lib.* 3. *della Storia del detto Santo.* Venendo i voſtri Dioceſani, ſe partiranno dalle loro Patrie, come Noi deſideriamo che partano, e come poc'anzi abbiamo inſinuato che dovrebbero partire, poſſiamo fondatamente ſperare, che non avranno molto da travagliare i Governatori de' luoghi, pe' quali paſſeranno, per invigilare, acciò non ſieguano que' mali e que' diſordini, che in altri tempi ſono ſtati cagione delle oblocuzioni contra i ſacri pellegrinaggi; Ed arrivati che ſiano in Roma, non traſcureremo certamente diligenza, acciò vivano con edificazione, adempiano, come ſi dee, le opere ingiunte, le Viſite delle Baſiliche, s'eſercitino in varj altri atti di Criſtiana penitenza; e chiamiamo Iddio in teſtimonio dell'ardentiſſima volontà, che abbiamo, di far sì, che tutti tornino alle Caſe loro edificati della Romana converſazione, ſaldi nella Religione, diſpoſti a perſeverare, e ben affetti alla Santa Sede, come per appunto ſommamente deſiderò il noſtro Predeceſſore e Concittadino Gregorio XIII. nella celebrazione, che fece, dell' Anno Santo, giuſta ciò, che ſi legge *ne' ſuoi Annali al lib.* 3. *cap.* 24. Col qual ſiſtema, che raccomandiamo al Grande Iddio, abbiamo una ſicura fiducia, che ritornati alle loro patrie, non ſaranno ſottopoſti alla taccia, che diede S. Girolamo a quelli, che venivano dal pellegrinaggio di Geruſalemme *nella ſua epiſt.* 58. *ad Paulinum*, *nel tom.* 1. delle ſue Opere della ſtampa di Verona *alla pag.* 318. *Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum eſt.*

Non deerunt Romæ ſubſidia ad pœnitentium reconciliationem, ad bonorum operum exercitia.

*ſed Jeroſolymis bene vixiſſe, laudandum eſt.*

§. 28. Integro Anni Jubilæi tempore præſto erunt in Urbe Roma Pœnitentiarii, aliique ad Confeſſiones excipiendas deſignati, qui opportunis facultatibus inſtructi, pœnitentes audiant, ac meritam abſolutionem & diſpenſationem concedant, cum iis, qui Romæ degunt, tum aliis, qui aliunde confluunt, ut Spirituales Sanctioris Anni divitias conſequantur. Hoc ipſo temporis intervallo non deerunt Divini Verbi præcones. Nos ipſi loquemur; loquentur & alii ad id muneris a Nobis deſignati; ita tamen, ut Theologicæ controverſiæ, quæ ad puram putamque Scholarum diſputationem pertinent, intactæ relinquantur. Illud verò cum Nobis, tum aliis, qui noſtro loquentur nomine, curæ erit, ut clauſulæ illius, quam Bullæ noſtræ inſeruimus: *Fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, Sacraque Communione refectis*: vis ac ſignificatio probè intelligatur. Illud item re atque exemplis demonſtrabimus, quàm futilis atque inanis ſit illorum ſententia, qui a Catholica Communione extorres, perperam aſſerunt, Indulgentiarum uſu pœnitentiam imminui, aut etiam e medio tolli. Præterea, ne quis ſuſpicetur, aut Nos ipſos, aut eos, qui noſtra auctoritate Conciones habebunt, in rigidiorem ſententiam pronos eſſe, eamdem ſequemur methodum; quam celebris Pater Bourdaloue Societatis Jeſu ſibi proponit, ac ſequitur in Sermone ſub initium Anni Jubilæi habito, ac typis edito *tom.* 2. *Sermonum pag.* 517. *& ſeqq.* juxtà alteram editionem Pariſiis procuſam *anno* 1709. Quo tempore Bononiæ moram traximus, & noſtras identidem ad populum Inſtructiones evulgavimus, quæ primùm in plures tomos digeſtæ, mox Latinè redditæ, in unum volumen in folio compactæ ſunt, unam procudimus, quæ *tom.* 3. *Italicæ editionis* eſt *ordine duodecima* in Latino autem volumine occurrit *quinquageſima tertia.* Porrò in hac Inſtructione, omiſſis Theologorum diſceptationibus, univerſum Diœceſis noſtræ populum monuimus, ac hortati ſumus, ut, occaſione Plenariæ Indulgentiæ, quam Prædeceſſor noſter Clemens XII. promulgaverat, injunctis operibus alia pietatis opera ſuperadderet, ac dignos pœnitentiæ fructus faceret, aureo illo Venerabilis Cardinalis Bellarmini documento *ex tom.* 2. *Controverſiarum in tractatu de Indulgentiis lib.* 1. *cap.* 12. §. *Ad tertium*, illis propoſito: *Accipiunt prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant dignos pœnitentiæ fructus facere, ac pro ſuis peccatis Domino ſatisfacere.* Sed & illud adjecimus, quod Cardinalis Pallavicinus *in Hiſtoria Concilii Tridentini lib.* 24. *cap.* 12. *num.* 6. adnotavit, falſam nimirum eſſe illorum ſententiam, qui rentur, Chriſtianos, propter Indulgentiarum uſum, deſides fieri, atque a ſatisfactione, quæ Deo criminum noſtrorum vindici præſtanda eſt, avocari. Sanè, cum homines dubii omnino ſint, an Indulgentiarum fructum re ipsâ comparaverint, ſtimulus pluribus ſupereſt, quo urgentur, ut novo ſalutarium operum ac laborum quæſtu, in ſolidiorem ſpem erigantur. Præterquamquod, opera ad lucrandas Indulgentias ſtatuta, cum in praxim uſumque revocantur, pietatem adaugent, atque, ut quotidiano conſtat experimento, novum inducunt habitum, quo quis ſemel inſtructus, alia virtutis opera faciliùs exequitur. Equidem Bonifacius VIII. Baſilicarum viſitationem, ab exteris quindecim vicibus, a Romanis vicibus triginta peragendam præſcripſit, atque huic operi lucrum Indulgentiarum ſociavit. Non ideo tamen cætera pietatis opera ſilentio præteriit: immo verò in ſua Extravaganti *Antiquorum, de pœnitentiis, & remiſſionibus*, quæ inter communes Extravagantes

legitur,

28. In tutto il tempo dell' Anno del Giubbileo ſaranno pronti in Roma i Penitenzieri ed i Confeſſori, come di ſopra abbiamo detto, muniti delle neceſſarie facoltà per ſentire le Confeſſioni, per dare le dovute Aſſoluzioni, e Diſpenſe, tanto a quelli, che abitano in queſta Città, tanto a tutti gli altri, che verranno di fuora per conſeguire il frutto ſpirituale del Giubbileo. Quando nell' Anno Santo Noi parleremo, o quand' altri parleranno di noſtra commiſſione, non ſi entrerà nemmeno allora in diſpute teologiche, che laſcieremo ben volentieri alle ſcuole ſenza entrare a deciderne veruna. Non ci aſterremo però, nè fatemo che altri s'aſtengano dal far ben capire l'importanza della clauſola, che è nella noſtra Bolla = *fidelibus verè pœnitentibus, & Confeſſis, Sacraque Communione refectis.* Faremo altresì conoſcere coi fatti, quanto ſia inſuſſiſtente l'aſſerzione di chi, vivendo fuori della noſtra comunione, va diſſeminando, che l'Indulgenza sfianca, e rende al nulla la penitenza. E per non moſtrarci troppo parziali di chi va ſpacciando rigoriſmi, ne' noſtri ragionamenti, ed in quelli, che ſi faranno d'ordine noſtro, penſiamo d'uniformarci a quanto in tale propoſito laſciò ſcritto il celebre Padre Bourdalue della Compagnia di Gesù *nel tom.* 2. de' ſuoi Sermoni della ſeconda edizione di Parigi *del* 1709. nel ſuo bel Sermone fatto nell' occaſione dell' apertura del Giubbileo alla *pag.* 517. *e ſeg.* Quando eravamo in Bologna, ed andavamo di tratto in tratto pubblicando le noſtre Iſtruzioni, (che ſono poi ſtate ridotte in più Volumi, ed ultimamente dall' idioma Italiano tradotte in lingua latina veggonſi compilate in un ſolo Volume in foglio) nell' Iſtruzione 12. *del tom.* 3. dell'edizione italiana, (che è *la* 53. nell' edizione latina) ſenza voler entrare nelle diſpute Teologiche, nell'occaſione d'una Indulgenza Plenaria pubblicata dal noſtro Predeceſſore Clemente XII., invitammo ed eſortammo i noſtri Dioceſani ad aggiungere altre opere buone, ed a fare altri degni frutti di penitenza, proponendo ad eſſi il celebre inſegnamento del Venerabile Cardinal Bellarmino nel ſuo Trattato *de Indulgentiis al lib.* 1. *cap.* 12. §. *Ad tertium, nel tom.* 2. delle ſue Controverſie: *Accipiunt prudentes Chriſtiani Pontificias Indulgentias, ut ſimul etiam ſtudeant dignos pœnitentiæ fructus facere, ac pro ſuis peccatis Domino ſatisfacere*: proponendo ancora ad eſſi quanto ſcriſſe il Cardinale Pallavicino nella ſua Iſtoria del Concilio di Trento *al lib.* 24. *cap.* 12. *num.* 6. cioè non eſſer vero, che per le Indulgenze i Criſtiani ſi rendano neghittoſi in ſoddisfare a Dio per le colpe commeſſe, imperocchè rimanendo ſempre gli uomini incerti, ſe l'Indulgenza ſiaſi effettivamente acquiſtata, reſta in molti lo ſtimolo di aſſicurarſi con ſempre novella induſtria d'opere ſalutari e penali; e d'altra parte le ingiunte per conſeguir l'Indulgenza coll' eſercizio loro accreſcono la divozione, e inducono l'abito buono a farne delle ſomiglianti, del che ſi vede la ſperienza cotidiana. Prefiſſe Bonifazio VIII. la divota viſita delle Chieſe ai Foreſtieri per quindici volte, ed ai Romani per trenta volte, come opera ingiunta per conſeguire la piena Indulgenza dell' Anno Santo; ma non laſciò d'inſinuare nella ſua Eſtravagante *Amtiquorum, de pœnitentiis, & remiſſionibus*, fra le ſtravaganti comuni, che *unuſquiſque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficaciùs conſequetur, qui Baſilicas ipſas ampliùs, & devotiùs viſitabit*: il che ſenza dubbio porta un invito ed un' eſortazione ſimile alla noſtra, che oltre le opere ingiunte, ſi sforzino i Chriſtiani d'aggiungere altre opere meritorie, giuſtà lo Spirito della Chieſa. Lo ſteſſo

pure

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

legitur, expreſſis verbis hæc addidit: *Unuſquiſque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficaciùs conſequetur, quo Baſilicas ipſas ampliùs, & devotiùs frequentabit.* Hæc autem iis affinia ſunt, quæ & Nos ſupra inculcavimus, monentes, ut, præter opera, quæ præcipiuntur, alia Chriſtifideles exerceant pia opera, quæ ſpiritui ac votis Eccleſiæ conſona ſunt. Nec aliud ſubindicant ea veteris formulæ verba, quibus Prædeceſſores noſtri uſi ſunt, & Nos item utimur, cum populo ſolemniter benedicimus. Expleto quippe Benedictionis ritu, Plenaria Indulgentia conceditur; ac præterea humiles ad Deum funduntur preces, ut adſtanti populo nedum *perſeverantiam in bonis operibus, ſed & cor ſemper pœnitens* tribuat, hoc eſt, ad nova pœnitentiæ opera, quibus præterita expiantur crimina, ritè comparatum: quamvis aliunde bene ſperare liceat, præteritorum criminum culpam pœnamque æternam, in Pœnitentiæ Sacramento fuiſſe dimiſſas; & temporalem, quæ ſupereſt, pœnam, ope Indulgentiæ, quæ pridem conceditur, fuiſſe dilutam.

Peregrinis etiam hoſpitia ſuppeditent.

§. 29. Apud vulgatum Anaſtaſium in Vitis Prædeceſſorum noſtrorum Zachariæ, & Paſchalis legimus, nonnullas propè Vaticanum Templum extructas fuiſſe hoſpitales domos, in quibus peregrini, qui ad Limina Apoſtolorum pervenerant, excipiebantur, & reficiebantur. Ejuſmodi ædificia, ſive temporum, ſive hominum injuriâ, jamdiu everſa ſunt. Alia tamen, in variis Urbis locis poſita, inſignis Romanorum pietas excitavit, ad quæ quovis tempore, potiſſimùm verò Sacro Jubilæi Anno, liber patet aditus peregrinis, qui ad Urbem hanc confluunt, ut Beatorum Apoſtolorum deoſculentur Limina, atque Indulgentiarum theſauros acquirant: quibus ea item, quæ ſive corpori alendo, ſive animo piis operibus proborum Sacerdotum ope reficiendo neceſſaria ſunt, abundè ſuppeditantur. Hæc ſunt, quæ tibi duximus ſignificanda. Atque plenâ animi Noſtri benevolentiâ tibi, tuoque gregi univerſo Apoſtolicam Benedictionem elargimur.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1749. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

pure viene indicato dall' antica formola, di cui i noſtri Predeceſſori ſi ſono ſerviti, e Noi ci ſerviamo ogni qual volta ſi dà la ſolenne Benedizione al popolo, dopo la quale ſi pubblica l'Indulgenza plenaria; pregandoſi l'Onnipotente Iddio a concedergli non ſolo *perſeverantiam in bonis operibus*, ma altreſì un cuore ſempre penitente, *cor ſemper pœnitens*; che è lo ſteſſo che dire, un cuore ſempre preparato ad aggiungere nuovi atti di penitenza per gli peccati già commeſſi, ancorchè poſſa piamente credere eſſerne ſtato aſſoluto nel Sagramento della Penitenza, quanto alla colpa, e alla pena eterna, ed eſſergli anche ſtata rimeſſa la temporale per l'efficacia della plenaria Indulgenza.

29. Nelle Vite dei noſtri Predeceſſori Zaccaria e Paſquale, appreſſo il vulgato Anaſtaſio, ſi legge, che vicino al Vaticano avevano eretti alcuni edifizj, ne' quali ſi dava ſoccorſo ai poveri pellegrini, che venivano a viſitare i Limini degli Apoſtoli. Sono ſtati i detti edifizj rovinati ed atterrati dalle diſgrazie ſuccedute, o pure dall' edacità del tempo: ma la pietà Romana non ha laſciato d'aprirne molti altri in varj luoghi della Città, nè quali in ogni tempo, ma particolarmente nell'Anno Santo, ſi ricevono i poveri pellegrini, che vengono a viſitare i Limini degli Apoſtoli per conſeguire le Sante Indulgenze, e ne' quali ſono ben trattati, ed anche ben animati alle opere buone da pii Sacerdoti. Ecco quanto dovevamo accennarvi; dando intanto con pienezza di cuori a Voi, ed al Gregge alla voſtra cura commeſſo, l'Apoſtolica Benedizione.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1749. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

---

XXI.

Pœnitentiariis in Baſilicis & Eccleſiis Urbis pro Anno Jubilæi deputatis, & Confeſſariis a Cardinali Urbis Vicario deſignandis, Facultates eodem Anno exercendæ conceduntur: adjectis opportunis Monitis, & Declarationibus.

## BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.*

Exordium.

CONvocatis per alias noſtras Apoſtolicas Literas Univerſis Eccleſiæ Filiis ad celebrandam Nobiſcum proximè recurrentis Anni Sancti ſolemnitatem; iiſque jam, ut confidimus, ad Supremi Paſtoris vocem, Sacerdotali præſertim Fratrum Noſtrorum Epiſcoporum tubâ inclamante, excitatis; ad officium noſtrum pertinere judicamus, non ſolùm convenientes ex toto Chriſtiano Orbe Fideles aperto charitatis paternæ ſinu excipere; ſed etiam omnia, quæ confluentium neceſſitatibus, aut utilitatibus opportuna fore proſpicimus, in anteceſſum parata atque diſpoſita habere; ut hominis illius Regis in Evangelicis Litteris laudatam providentiam imitemur, qui, quum ad Cœnam magnam vocaſſet multos, quæcumque ad uberem ſplendidumque convivii apparatum ſpectarent, ita ſollicitè curare non deſtitit, ut inſtante horâ Cœnæ, mittere potuerit invitatis dicere, *quia parata ſunt omnia.* Et Nos igitur pluribus per elapſos Menſes curis & ſollicitudinibus, quantùm humanarum rerum conditio patitur, id efficere ſtuduimus, ut omnibus, quicumque ad Sanctam Civitatem iter arripient, nihil ſive ad Divinæ Religionis cultum, ſive ad Chriſtianæ pietatis exemplum, ſive ad itineris, hoſpitiique commoda deeſſe poſſet: Et nunc, attendentes, quænam potiſſimùm a ſuprema ligandi atque ſolvendi poteſtate Nobis cum Apoſtolicæ vicis Officio commiſſâ, expetere poſſint plures, qui ad oblatum remiſſionis & indulgentiæ munus aſſequendum, cum vero pœnitentiæ ſpiritu, & devotionis affectu accedentes, commiſſorum forſan delictorum oneribus gravati, aliiſque conſcientiæ vinculis adſtricti, & impediti reperiantur; hæc etiam peculiari ſtudio a Nobis ordinata, & maturè proviſa fuiſſe, omnibus, ad quos pertinet, ſpecialiter verò infraſcriptis Sacramenti Pœnitentiæ Miniſtris, præſentium Litterarum tenore ab iis præſertim diligenter obſervando, edicimus & declaramus: Nil magis optantes, quàm ut omnes, quicumque animum peccatis ægrum, aut Cenſuris, impedimentiſve irretitum gerunt, procul abjecto formidatæ difficultatis terrore, ad



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN